APHORISMI
ex
INSTITUTIONIBUS MEDICIS SENNERTI, MAGNA DILIGENTIA COLLECTI, OPERA

JOANNIS IOACHIMI BECHERI,

Mathematici & Medicinæ Doct. nec non in almâ Vniverſitate Moguntinâ Inſtitutionum Medicinæ Profeſſoris Ordinarii.



FRANCOFURTI,
Sumptibus
JOHANNIS BEYERI
Typis, Balthaſari-Chriſtophori VVuſtii,
Anno cIↃ IↃc LXIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Digitized by Google

Digitized by Google

*NOBILISSIMO ET CLARIS-
SIMO VIRO, DOMINO*

LUDOVICO ab HOR-
NIGK, J. U & Medici-
næ Doctori, Comiti Palatino,
S.C.M. nec non Eminentiſſimi Prin-
cipis Electoris Moguntini, Conſilia-
rio, ac ad Rem librariam Francofurti,
Commiſſario, in almâ Univerſitate Mo-
guntinâ Medicinæ Profeſſori, ac Deca-
no, Collegæ & Socero ſuo
honorando.

nec non

*NOBILI ET EXPERTIS-
SIMO VIRO, DOMINO*

MARTINO HOHEN-
STADT, Medicinæ & Phi-
loſophiæ Doctori, in almâ Uni-
verſitate Moguntina p. t. Rectori Ma-
gnifico, Medicinæ Practicæ Profeſſori
Ordinario, Collegæ & Fautori ſuo
amiciſſimo.

*Vtriſq; multam felicitatem
precatur*

Johannes Joachimus Becher. D.

DUplici, jure duobus vobis, Viri ſuſpiciendiſſimi, opuſculum hoc tribuo & dedico. Primò quidem, quod cum antehâc Doctoratus gradum aſſequerer, veſtrâ operâ uſus fuerim, nam ſub præſidio Domini Ludovici ab Hornigk Theſes ſupremas defendi, à Domino Martino Hohenſtadt, in Medicina Doctorem creatus ac promotus fui, uterq; ergo veſtrûm, circa hunc honorem

mih

mihi tribuendum, occupatus fuit, hinc quicquid boni inde pullulat, utriq; debebitur. Secundò meritò tibi Nobiliſſime vir Domine Ludovice ab Hornigk hoc opuſculum dico, tui enim gratiâ inlucem prodiit, nam cum ſenii atq; valetudinis, imò majorum, ac Reipublicæ literariæ plus profuturarum occupationum causâ, Profeſſuram Medicam reſignares, eaq; mihi ab almâ Univerſitate aſſignaretur, ſtatim certam docendi Methodum præfixi, cujus Exemplar hoc opuſculo

luci expono. Tibi verò, Vir expertiſſime, Domine Martine Hohenſtadt, non minori jure opuſculum hoc offero, qui tuo ſpeciali favore, id foviſti, animoq; ut exararem ſemel atq; iterum ſtimulum dediſti, quare ut magnâ ex parte tibi dedicarem, non potui non intermittere. Eſtote ergò ambo ſuſceptores benevoli hujus opuſculi, idq, veſtro favore ſic promovete, ut aliquando in magnum evadat librum, quicquid utilitatis ſtudioſa juventus exinde hauriet, non minùs vobis

quàm

Digitized by Google

quàm mihi, ſi grata eſt, acceptum feret, valete & diu vivite.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

CVm publicæ lectioni & Profeſſuræ Medicæ me accingerem, ante omnia ſummi iſtius Medici, Dominì Noſtrì Salvatoris dictum Evangelicum præ oculis habui; nempe, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: Summoperè ergò cavi, ne

Digitized by Google

Auditoribus meis, illâ parte moleſtus eſſem, quâ alii olim mei Præceptores mihi fuerunt moleſtiſſimi, hinc omnem prolixitatem & obſcuritatem alienam à me eſſe juſſi, duo enim ſcopuli ſunt, ad quos, in vaſtiſſimo Medicinæ pelago, fluctuantes tyrones non rarò allidunt, & dum obſcuritatem effugere conantur, prolixitatem incurrunt ac ſic vetus juxta illud, ſcyllam incidunt, qui charybdin evitare volunt. Ego itaq;, qui clavum pro tempore dirigere, atq; navem, hanc literariam ad exoptatum portum devolvere conor, nullus dubitavi, quin inſinuoſos

anfra-

Digitized by Google

anfractus aut voragines rape-rer, niſi certà uterer Cynoſurâ, quâ tanquam filo Ariadneo pro-poſitam invenirem atque mihi præfigerem metam. Cum talia a-nimo volverem, Magni iſtius Viri, in omnï doctrinâ verſatiſ-ſimi, acutiſſimi Philoſophi & ex-pertiſſimi Medici, Hieronymi Cardani liber, de prudentia ci-vili, capite 127. de axiomatibus, inſtitutum meum confirmavit ſequentibus, quæ ibi leguntur: Conſtituenda ſunt unamquam-que diſciplinam tractanti, quæ-dam principia, quæ pro axioma-tibus ſunt habenda: axiomatum autem principium eſt, ut ſint ge-

Digitized by Google

neralia, clara, & certa, quorum quædam ſpectant ad cognitionem, quædam ad operationem, hactenus Cardanus; cujus dicto munitus, non me oleum & operam perditurum exiſtimavi, ſi eorum ſuccinctam delineationem, brevi compendio ob oculos ponerem, quorum uberiorem explicationem in collegio graphide Medicâ exornare animus eſt. Inſtitutiões itaq; Medicas, quas explicandas Facultatis noſtræ ſors mihi obtulit, paucis Aphoriſmis hoc opuſculo complexus ſũ, ſi Deus vitam largiatur, idemq; mihi ſtet animus, Commentario aliquando ſuccincto eos illuſtrabo,

bo atq; in multis locis tam mendis typographicis, quam ſenſu obſcuro liberabo. Cæterum, quod baſin hujus opuſculi attinet, Sēnerti Inſtitutiones eſſe nemo negabit, ne quis verò putet, me Iliada poſt Homerum ſcribere, dum poſt accuratiſſimam Inſtitutionum Sennerti Epitomen, opuſculum hoc exaro, paucis lectorē erudiendū eſſe cenſui neq; enim mali laborem hunc meum conſulet, ſi ſciat legentibus conjunctionem literarum, præprimis autem earum cognitionem neceſſariam eſſe: Ego opuſculum hoc Alphabetum Medicum eſſe dico, cujus cognitio neceſſaria

eſt, antequam quis literas conjungat, nempe Sennerti Inſtitutionum Epitomen accedat, quod & ipſe Sennertus cenſuit, qui hanc ob cauſam, epitomen elaboravit, conſultum enim duxit ut Idæa rerum, ob oculos priùs poneretur, antequam multis coloribus & explicationibus illuſtraretur: neminem ergò laboris pœnitebit, qui Aphoriſmos hos frequenti lectione memoriæ mandabit, poſtea ſemel atq; iterum Epitomen Inſtitutionum perleget, tandem ipſas Inſtitutiones accedet, earumq; nucleum ad hos Aphoriſmos, tanquam in alveare quoddam conferet, nam

cum

Digitized by Google

cum teſte Hippocrate, *ars longa & vita brevis ſit, non tàm media comparanda ſunt, ipſam artem inveniendi, quam compendiis retinendi; nullus autem dubito, quin optima poſuerit fundamenta, qui memoriæ ſuæ pauculas has mandarit pagellas, præſertim ſi commentarium ſeu explicationem horum Aphoriſmorum probè noverit: explicatione enim opus eſt, nam juxta illud* Horatii: *dum brevis eſſe laboro, obſcurus fio; quare ut vel Aphoriſmos hos, me, aut alios in Collegiis explicantes audiat, aut commentariũ ſupra eos in futurũ expectet, querulus lector huma-*

niter rogatur, libuit quoque addere, pro ſexto libro, Aphoriſmos ex libro Sennerti, de febribus, ut & pro ſecunda hujus opuſculi parte, Aphoriſmos Hippocratis, verum aliis negotiis impeditus, ceptis deſtiti, ubi tamen opus recudetur, multis locis auctionem mihi propoſui, præſentes Aphoriſmos temporis interea, a quibonique conſulite, & quam optime valete. Dabam Moguntiæ nundinis vernalibus, Anni ſupra milleſimum ſexcenteſimi ſexageſimi tertii.

Nobi-

Digitized by Google

Nobili, Clariſſimo & Expertiſſimo Domino Autori.

Hoc opus, hic labor eſt, ſolertis Apollinis artem
Ignotam ſcripto tradere, voce, manu.
Hoc opus, hic labor eſt, artem proferre libello,
Quam poſſunt alii vix glomerare tomis.
Hoc cum laude tuis aphoriſmis perficis ultrò
Bechere; hic fundis totius artis opus.

To-

Digitized by Google

Totius artis opus pagellis
hiſce repandis
Sennerti pluresquam te-
nuêre libri.
Illuſtrare tuis noſtram co-
natibus artem
Sic perge, Hippocrates,
crede mihi, alter eris.

Honoris & Amoris ergò
Dn. Collegæ ſuo pluri-
mùm colendo apponebat

JOHANNES DIEL Med.D.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
Librorum & Sectionum.

LIBER PRIMUS.

Continet Phyſiologiam. *Pag.* 1
Sectio prima de definitione & naturâ Medicinæ. 1
Sectio ſecunda de phyſiologiâ. 2

LIBER SECUNDUS.

Tractatus Pathologiam. 11
Sectio prima de morbis. 11
Sectio ſecunda de morborum cauſis in genere. 16
Sectio tertia, de morborum cauſis in ſpecie. 23
Sectio quarta, de ſymptomatibus, 32
Sectio quinta, de cauſis ſymptomatum in genere, in ſpecie actionis læſæ facultatis Naturalis. 44
Sectio Sexta, de cauſis ſymptomatum facultatis vitalis. 70
Sectio ſeptima, de cauſis ſymptomatum faculta-

Digitized by Google

cultatis animalis, in ſpecie ſenſuum externorum. 73
Sectio octava de cauſis ſymptomatum ſenſuum internorum. 84
Sectio nona, de cauſis ſymptomatum facultatis motricis. 91
Sectio decima, de cauſis ſymptomatum vocis & reſpirationis. 98
Sectio undecima de cauſis ſymptomatum cerebri. 104
Sectio duodecima de cauſis ſymptomatum qualitatum mutatarum. 110
Sectio decima tertia de cauſis ſymptomatum, excretorum & retenorum. 113

LIBER TERTIUS.

Tractat ſigna morborum &c. 119
Sectio prima de prolegomenis ſemioticæ. 119.
Sectio ſecunda, de ſignis in ſpecie diagnoſticis corporis ſani & neutrius 126
Sectio tertia, de ſignis diagnoſticis corporis ægri ex cauſis. 144
Sectio quarta, de ſignis diagnoſticis corporis ægri ex locis affectis internis, item ex ſymptomatibus in ſpecie. 153
Sectio quinta, de ſignis diagnoſticis urinæ. 161

Sectio ſexta de ſignis diagnoſticis expulſu. 175

Sectio ſeptima de ſignis prognoſticis. 188

Sectio octava, de ſignis prognoſticis ſalutem vel mortem prædicentibus, ſumptis à ſymptomatibus Facultatis animalis, vitalis & naturalis. 194

Sectio nona, de ſignis iisdem, ſumptis à ſymptomatibus excretorum & retentorum. 202

Sectio decima, de ſignis iisdem ſumptis à ſymptomatibus qualitatum mutatarum totius corporis & partium. 215

Sectio undecima de Criſi. 222

LIBER QUARTUS.

De tuendâ ſanitate. 231

Sectio prima de cauſarum ſalubrium, ſeu rerum non naturalium cognitione, ibidem.

Sectio ſecunda, de Diæta. 236

LIBER QUINTUS.

Tractat Therapeuticen. 238

Sectio primâ de definitione Therapeutices in genere, in ſpecie verò de methodo medendi, præſertim ejus parte indicante. ibid

Sectio

Sectio ſecunda de indicato. 246
Sectio tertia de methodo tollendi cauſas morborum in ſpecie. 251
Sectio quarta de purgatione catharctica. 257
Sectio quinta de cauſis quantitate peccantibus & earum ablatione. 263
Sectio ſexta de methodo tollendi cauſas morborum, qualitate, motu & loco peccantes. 272
Sectio ſeptima de indicatione curatoria, ſeu methodo tollendi & curandi morbos partium ſimilarium. 279
Sectio octava, de mothodo curandi morbos partium diſſimilarium, nempe organicos & ſolutæ unitatis 285
Sectio nona, de methodo curandi ſymptomata urgentia. 295
Sectio decima, de indicatione vitali ſeu conſervatoria, aut methodo vitam, ſeu vires corporis noſtri conſervandi. 299
Sectio undecima de Pharmacopœja, in ſpecie, de Chirurgiâ. 306
Sectio duodecima, de pharmacopœja, in ſpecie de medicamentis ſimplicibus. 310.

Sectio

Sectio decima tertia, de præcognitis pharmaceuticis. 314
Sectio decima quarta de pharmacopæjæ partibus in genere. 321
Sectio decima quinta de decoctis. 327
Sectio decima ſexta de medicamentis internis fluidis in ſpecie, de infuſis, potionibus, cereviſiis & vinis medicatis. 335
Sectio decima ſeptima de melicrato, oxymelite, aquis acetis, ſuccis depuratis, & liquoribus, in quibus metalla extincta ſunt, deſtillatis. 344
Sectio decima octava, de ſyrupis, julebis, Hydroroſatis, emulſionib., tincturis. 352
Sectio decimanona, de extractis, Reſinis, conſervis, conditis, Roob, Electuariis, Lohoh, Eclegmatibus, Linctibus, ſaponeis, Leucophagis. 361
Sectio vigeſima de bolis, pulveribus, ſalibus. 370
Sectio vigeſima prima de crocis, floribus præcipitatis, vitris, calcibus, fæculis, confectis, rotulis, morſulis, pandaleis, turionibus confectionibus reſtaurantibus, Holippis purgantibus, oblatis & melitomatibus purgantibus. 377

Sectio

Sectio vigeſima ſecunda, de trochiſcis & pilulis. 387

Sectio vigeſima tertia de glandibus, clyſteribus & peſſis. 395

Sectio vigeſima quarta, de collutionibus oris, gargariſmatibus, apophlegmatiſmis, dentifriciis, errhinis, odoramentis, ſuffitibus. 403

Sectio vigeſima quinta de Oticis, Collyriis, Oleis, linimentis, unguentis, ceratis. 412

Sectio vigeſima ſexta de emplaſtris, cataplaſmatibus, dropacibus, ſinapiſmis, epithematibus, oxyrrhodinis, anacollematibus, fomentis, ſtillicidiis, lotionibus, ſaponibus, cauteriis. 420

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER PRIMUS Aphoriſmorum ſupra Inſtitutiones Sennerti.

SECTIO PRIMA. *De Definitione & Natura Medicinæ.*

APHORISMUS I.

M*Edicina eſt ars* quantum poſſibile hominis præſentem ſanitatem conſervandi, amiſſam verò reſtituendi. *Definitio Medicina.*

Aphor. 2.

Subjectum Medicinæ eſt corpus humanum quatenus ſanitate præditum & morbis obnoxium eſt. *Finis* medicinæ eſt ſanitas. *Diviſio ejus.*

Aphor. 3.

Partes medicinæ *duplices* ſunt *primariæ* nempe, & *primariis inſervientes:* Primariæ ſunt *Hygieine*, quæ, quâ ratione præſens ſanitas conſervari, *Therapenti-* *Partes Practica.*

 ccc

Digitized by Google

ce, quæ quâ ratione amiſſa ſanitas reſtitui poſſit, docet.

Aphor. 4.

Partes Theorica. Partes medicinæ, primariis inſervientes ſunt tres, *Phyſiologia*, quæ corporis humani ſtatum naturalem. *Pathologia* quæ ſtatum ejuſdem præternaturalem explicat. *Semiotica* quæ ſigna, quibus an homo ſanus vel æger ſit, & quo morbo laboret, quique morbi eventus futurus ſit, cognoſci poſſit, tradit.

SECTIO SECVNDA

Tractans Aphoriſmos de prima medicinæ parte Theoricâ nempe de Phyſiologia.

APHOR. I.

Phyſiologia, prima Theoria pars ejusq; diviſio. PHyſiologia habet *ſubjectum* & *finem*; *Subjectum* quod eſt corpus humanum, de quo libri anatomici imprimis verò Αὐτοψία conſulatur. *Finis* qui eſt ſanitas, potentia ſcilicet naturales actiones exercendi, à partium omnium naturali conſtitutione dependens: & proinde tradit corporis viventis *conſtitutionem*

nem naturalem, dein *facultates & actiones.*

Aphor. 2.

Conſtitutionem naturalem quod attinet, conſiſtit illa in partibus *ſimilaribus, diſſimilaribus* & *unitate.* *Conſtitutio Naturalis ejusq́; diviſio.*

Aphor. 3.

Partes ſimilares conſiderantur in *temperamento* & *tota ſubſtantia* ſeu *occultis qualitatibus.* *Totius ſubſtantiæ & Temperamenti diviſio.*

Aphor. 4.

Temperamentum in *genere* conſideratur ad *pondus* & ad *juſtitiam*: *ad Pondus* in quo qualitates primæ æqualibus viribus concurrunt: *ad juſtitiam* vero quod cuique convenit, eſtque vel *ſimplex* vel *compoſitum. Simplex* calidum, frigidum, humidum, ſiccum. *Compoſitum* autem calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, frigidum & ſiccum exiſtit.

Aphor. 5.

Temperamentum in *ſpecie* conſideratur *reſpectu totius, partium ſingularum, ætatis* aut *ſexus.*

Aphor. 6.

Temperamentum in *ſpecie ratione* *T. Ratione totius* *totius*

totius duplex eſt vel corporis quatenus *ſimpliciter* miſtum eſt, vel corporis viventis ſingulis partibus vel *inſitum vel influens*. Influens autem ſpiritus triplex eſt, naturalis, Vitalis, & animalis.

Aphor. 7.

R. Partium.

Ratione *partium ſingularum* temperamentum in ſpecie conſideratur quando hæ partes temperamentum totius conſtituunt hoc ordine: cor, hepar, teſtes, cerebrum, teſticuli. Cutis maximè temperata eſt præcipuè in vola manus, ad quam collatio fit reliquarum.

Aphor. 8.

Ratione ſexus.

Temperamentum conſideratur quoque in ſpecie reſpectu *ætatis* & *ſexus*, fœminæ enim ut plurimum manibus ſunt frigidiores. Ætas autem dividitur in *augmentum*, *ætatem florentem* & *ſenectutem*, quæ frigida & ſicca eſt & ſuos gradus habet. *Ætas florens* dividitur in *juventutem* & *ætatem conſiſtentem* utraque calida & ſicca eſt, *Juventus* ad 35. ætas vero conſiſtens ad 48. annum extenditur. *Ætatis aug-*

Ratione ætatis.

en-

Digitized by Google

mentum in infantiam & pueritiam dividitur, utraque calida & humida exiſtit. *Infantia* ad 7. pueritia verò ad 14. annum extenditur: *Adoleſcentia* eſt ætas temperatiſſima 25. anno terminata.

Aphor. 9.

Conſideravimus hactenus conſtitutionem naturalem, conſiſtentem in partium ſimilarium temperamento in genere & ſpecie, earundemque ſubſtantia, ſequitur ut perpendamus *conſtitutionem naturalem*, quæ conſiſtit in partium ſimilarium debita compoſitione, ubi numerus partium componentium certus requiritur. *Magnitudo debita, Situs* & *Connexio*, ut quælibet pars ſuum locum obtineat & cum aliis cohæreat, tandem *conformatio decens*, quæ ſub ſe complectitur *figuram convenientem, cavitates* & *meatus*, *qualitatum ſecundarum certam diſpoſitionem*. *Partium diſſimilarium compoſitio.*

Aphor. 10.

Sequitur conſtitutio naturalis conſiſtens in *Unitate* utriſque partibus communi; itaque abſolvimus conſtitutionem naturalem conſiſtentem in par- *Unitas.*

tium ſimilarium temperamento & tota ſubſtantia, diſſimilarium debita compoſitione, denique unitate.

Aphor. 11.

Facultates & actiones earumque diviſio.

Poſt conſtitutionem naturalem, in quâ ſanitas nempe finis Phyſiologiæ conſiſtit, ſequuntur facultates & actiones humanæ, illas enim benè exercere poſſe, ſanitas eſt. Sunt autem iſtæ vel *naturales* vel *vitales* vel *animales*.

Aphor. 12.

Facultates naturales miniſtræ.

Naturales facultates & actiones ſunt vel *Principales* vel *Miniſtræ*; Miniſtræ quidem quæ actiones ſuas in organis publicis potiſſimum fibrarum ope perficiunt, & ſunt *facultas attractrix*, quæ per fibras rectas alimentum attrahit. Retentrix quæ per fibras obliquas tamdiu retinet donec ſit concoctum. *Expultrix* quæ pertransverſas quod inutile eſt expellit. *Concoctrix* quæ calore inſito cum influente juncto perficit coctionem.

Aphor. 13.

Facultates naturales principales.

Facultates autem *principales* ſunt quæ conſervant aut *individuum* aut *ſpeciem*: quæ ſpeciem conſervat eſt vis *generatrix*

trix cujus conſideranda ſunt *Organa*, *Principia*, *facultates*. *Organa* quæ in maribus ſunt teſtes, vaſa ſeminaria, penis. In fœminis teſtes, Vaſa ſeminaria, uterus. *Principia* duo ſunt ſemen & ſanguis maternus. *Facultates* quoque duæ ſunt *Alteratrix*, & eſt quæ materiam generationis mutat in ſubſtantiam fœtus. *Formatrix* ubi conſideratur ordo & tempus, quod eſt vel formationis à conceptu ad motum, vel exornationis à motu ad partum. *ſervantes ſpeciem.*

Facultates naturales principalis individuum conſervantes earumq; diviſio in auctricẽ & nutricem.

Aphor. 14.

Facultates principales quæ individuum conſervant ſunt *auctrix*, quæ corpus ad debitam molem in certo ætatis termino extendit. *Nutrix* quæ in coctione publicâ & privatâ conſideranda eſt.

Aphor. 15.

Facultas naturalis principalis individuum conſervans

Publica quæ peragitur in *ventriculo* & *hepate*. Ventriculus autem *appetit* alimentum neceſſarium toti corpori appetitu animali ſibi ipſi vero naturali. Tum *concoquit* dura & fœces alvi, hinc

Digitized by Google

nutrix in coctione publica.

hinc *ſegregat* excrementa aquoſa & Chyli vehiculum. In *hepate* ſeu ut recentiores volunt in corde *ſanguinem* pro ſuâ & Chyli naturâ *elaborat*, quatuor humoribus ſeu partibus conſtantem. Item *excrementa ſegregat* & quidem bilem ad fellis veſiculam, humorem vero ſeroſum ad urinæ materiam.

Aphor. 16.

In privata.

Privata quæ fit in ſingulis membris & hinc fiunt *humores ſecundarij* & *excrementa*: Humores ſecundarij quatuor ſunt, humor innominatus, ros, gluten, cambium. *Excrementa* vero ſunt vel *craſſa* ut ſordes oculorum, aurium &c. vel *tenuia* per tranſpirationem aut ſudorem exhalantia.

Aphor. 17.

F. Vitalis eiuſque triplex diviſio.

Egimus hactenus de facultatibus naturalibus, ſequuntur *Vitales* quæ ex corde proveniunt numero tres, nempe *Spiritus Vitalis*, caloriſque influentes generatrix; ſecundo *vis pulſifica* quo & reſpiratio pertinet quæ duobus motibus conſtat ſyſtole & diaſtole, tertio *facultas iraſcibilis* unde affectus oriuntur.

Aphor. 18.

Digitized by Google

Aphor. 18.

Sequuntur ultimo facultates *animales* quæ dividuntur in *Cognoſcentem*, *Appetentem* & *Moventem*. Appetens duplex eſt, *appetitus* nempe *ſenſitivus* & *rationalis*. *Movens* eſt quæ corpus vel ejus partem de loco in locum transfert.

F. animalis ejusque triplex diviſio. Appetens movens.

Aphor. 19.

Facultas animalis cognoſcens comprehendit *ſentientem* & *Principalem*: ſub principali comprehunduntur facultas *rationalis* quâ, continetur *intellectus* & *voluntas*. *Intellectus* qui res quatenus entia cognoſcit. *Voluntas* quæ ad eas quatenus bonæ vel malæ ſunt fertur. *Senſus interni* tres ſunt, *Communis* ejuſque præcipuè affectiones Somnus & Vigiliæ, *Memoria* cujus duo quaſi actus, propriè ſic dicta & reminiſcentia, tandem *Phantaſia*.

Cognoſcens principalis.

Aphor. 20.

Facultas animalis cognoſcens ſentiens, comprehendit *Viſum*, *Auditum*, *Olefactum*, *guſtum* & *tactum*. *Viſus* rerum Viſibilium ſpecies recipit beneficio oculi, qui conſtat tunicis, annatâ,

Cognoſcens ſentiens.

 corneâ,

corneâ, uncâ (in cujus medio pupillæ foramen) retiformi, innominatâ, araneâ, vitreâ, humoribus tribus aqueo, cryſtallino, vitreo, nervo optico & muſculis. *Auditus* ſonum percipit beneficio auris, cujus partes ſunt auris externa, meatus auditorius, tympanum, oſſicula tria auris, aer implantatus. *Olfactus* proceſſuum mammillarium beneficio, odores; *guſtus* beneficio linguæ, ſapores: *tactus* beneficio membranæ, qualitates tactiles, percipit.

LIBER SECUNDUS

LIB. 2. Nempe Pathologia diviſio.

Aphoriſmorum ſuper Inſtitutiones Sennerti tractans Pathologiam; ſectione prima explicabit morbum, ſecunda & tertia morbi cauſam. Quartâ uſque ad 13. incluſivè, ſymptomata. Tractat ergo hic liber morbum, cauſam morbi, & ſymptoma.

SECTIO

SECTIO PRIMA

De Morbo.

APHOR. I.

MOrbus eſt diſpoſitio, ob quam actio læditur, conſideratur quoad *differentiam* & *tempus*: ratione differentiæ conſiderantur morbi vel ut *eſſentiales*, vel ut *accidentales*. *Morbi diviſio generalis.*

Aphor. 2.

Quoad eſſentiam aliqui morbi ſunt *partium ſimilarium* alij *diſſimilarium*, alij denique *ſolutæ unitatis*. *Morbi diviſio quoad eſſentiam.*

Aphor. 3.

Morbi eſſentiales partium *ſimilarium* ſunt vel, intemperiei vel *totius ſubſtantiæ* aut potius occultarum qualitatum. *Intemperies* quidem vel *ſimplicis* cum una qualitas excedit vel *Compoſitæ* cum duæ qualitates excedunt, utraque quadruplex & vel cum vel ſine materia, æqualis vel inæqualis exiſtit. *Morbi eſſentiales partium ſimilariũ intemperiei & totus ſubſtantiæ.*

Digitized by Google

Aphor. 4.

Morbi eſſentiales partium diſſimilarium.

Morbi eſſentiales partium *diſſimilarium* ſeu malæ compoſitionis, ſunt vel *Conformationis Numeri*, *Magnitudinis* aut *Compoſitionis.*

Aphor. 5.

Morbi eſſentiales *partium diſſimilarium Conformationis*, ſunt vel *Figuræ* vel *Cavitatum* vel *Meatuum* vel *ſuperficiei*; *Figuræ*, quando ob ejus receſſum à naturali ſtatu actio vitiatur; *Cavitatum* in *multitudine* & *magnitudinis exceſſu* aut defectu; exceſſu quidem in cavitatis nimiâ dilatatione, defectu verò in nimiâ ejus anguſtiâ. *Meatuum numero excedentium*, quando plures ſunt viæ, vel deficientium, quādo pauciores tum *magnitudinis* in *exceſſu*: ſunt autem triplices, exceſſus, ἀναςείμωσις Διαπήδησις, διαίρησις tandem *defectus*, dicuntur morbi anguſtiæ, ſunt quinque. Obſtructio, Conſtipatio, Coaleſcentia, Compreſſio ſubſidentia tandem *ſuperficiei* morbi concludunt, ut aſperitas, lævitas, durities, mollities, raritas & denſitas, ut inde actio lædatur: his accedit color. p. n, in oculis.

Superficiei.

Aphor. 6.

Aphor. 6.

Hactenus morbi eſſentiales partium diſſimilarium Conformationes fuerunt, ſequuntur numeri magnitudinis & Compoſitionis, Morbi. *Morbi eſſentiales partium ſimilariũ.*

Numeri vel *Abundantis* vel *Deficientis*. *Abundantis* rei vel naturalis, ut ſextus digitus, vel præter naturam ut lumbrici Calculi quatenus ab iis diſpoſitio partis vitiatur; vel *deficientis*, quando pars aut plane periit aut ejus particula ablata eſt. *Numeri.*

Magnitudinis morbi ſunt vel magnitudinis *Aucta* vel *Diminuta*: *Aucta* ut tumores omnes, & partium incrementum nimium: *Diminuta*, quo pertinet pthyſis, atrophia, mutilationes partium. *Magnitudinis.*

Compoſitionis morbi, ſunt vel in *ſitu* vel *connexione*. *Ad ſitum* pertinet luxatio, inteſtinorum vel omenti prolapſus in hernia, *Ad connexionem* referuntur cum conjungenda disjunguntur, quod in uteri & ani procedentia accidit, vel disjungenda conjunguntur, ut duo digiti. *Compoſitionis.*

Aphor. 7.

Recenſuimus hactenus morbos partium *Morbi eſſentii, mu*

Digitized by Google

ſolutæ unitatis. tium ſimilarium & diſſimilarium, ſequuntur morbi *eſſentiales ſolutæ unitatis:* ſolvitur autem Unitas *ab ipſa natura ſolutæ unitatis* & tot ſunt quod figuræ, & modi ſolutæ unitatis: *ſecundò à cauſis,* unitatem ſolventibus, quæ vel *ſecant* ut acuta: Vel *erodunt* ut acinum & mordacia, vel *tendunt* ut nimis replentia, vel *contundunt* ut gravia & obtuſa: *tertiò à parte affectâ* quæ vel *mollis* vel *dura* eſt: *mollis* in quâ à re ſecante cæſim fit *Vulnus. A re acutâ* punctim fit *punctura Ab erodente Ulcus:* à re dura & obtuſa *Contuſio*, quæ vel *illiſio* vel *Colliſio* vocatur: à re tendente *ruptio*, quæ in nervis in ſpecie *ſpaſma* dicitur.

Ab ipſa natura ſolutæ unitatis. A cauſis. A parte affecta.

Dura ſeu *oſſis fractura* à ſectione, contuſione aut tenſione. *Caries* ab eroſione, ἀπωσπάσματα à re obtuſa contundente, huc pertineat.

Aphor. 8.

Morbi accidentales. Fuerunt hactenus morbi eſſentiales ſequuntur *accidentales* ſeu morbi eſſentialis *accidentia,* & hinc dicitur morbus.

Numerus, Primo *Ratione Numeri* unus vel multus. Unus eſt vel ſimplex vel compoſitus, ſolitarius aut comitatus. Multi divi-

dividuntur in ſeparatos , implicitos & connexos.

Secundo *Ratione Durationis* morbus vel eſt longus vel brevis, continens, continuus, intermittens, acutus, criticus, non criticus. *Duratio.*

Tertio *ratione cauſæ* morbus vel eſt, legitimus, ſpurius, hæreditarius, congenitus, aſcititius, fiens factus, per eſſentiam per conſenſum. *Cauſa.*

Quarto *Ratione loci* morbus eſt vel Pandemius Endemius, Epidemius aut ſporadicus. *Locus.*

Quinto *Ratione temporis* Morbus eſt vel Vernus, æſtivus, hyemalis, autumnalis, diurnus aut nocturnus. *Tempus.*

Sexto *Ratione Ordinis* morbus eſt vel Ordinatus, erraticus aut recidivus. *Ordo.*

Septimo *Ratione Subjecti*, morbus eſt vel Univerſalis, particularis, cognatus vel minus cognatus. *Subjectum.*

Octavo *Moris Ergo*, morbus eſt vel benignus, malignus, peſtilens, contagioſus aut non contagioſus. *Mos.*

Nono *Ratione Magnitudinis* morbus eſt vel parvus vel magnus: Magnus per accidens vel per ſe. *Magnitudo.*

Decimo

Eventus. Decimo *Ratione Eventus* morbus eſt vel ſalutaris, dubius aut lethalis, vel abſoluti vel ſecundum quid.

Ætas. Undecimo *Ratione Ætatis* alij morbi ſunt infantum, puerorum, adoleſcentum, juvenum, Virorum, ſenum, *Ratione Sexus* alij mulierum, alij Virorum.

Sexus.

Aphor. 9.

Hucuſque conſideravimus morborum differentias juxta eſſentiam & accidentia, reſtat ut juxta diviſionem primo Aphoriſmo denominatam Conſideremus morborum *Tempora*, quæ ſunt vel *Univerſalia* vel *Particularia*: *Univerſalia* quatuor ſunt, initium, augmentum, ſtatus & declinatio. *Particularia* vero quæ unius paroxiſmi periodo circumſcribuntur, & quæ cum quolibet Univerſali incedere poſſunt. Quilibet enim paroxiſmus ſuum quoq; augmentum, ſtatum & declinationem habet.

Morborũ tempora.

SECTIO SECUNDA

De Morbis eorum nempe cauſis in genere.

APHOR. I.

Diviſio generalis. C*Auſa* conſiderantur dupliciter, vel reſpe-

reſpectu ad morbum, vel *abſolutè* prout res ſunt. *cauſarũ mortiſi-carum.*

Aphor. 2.

Cauſæ reſpectu ad morbum ſunt vel proximè aut remotæ, Primitivæ, antecedentes aut continentes. Evidentes aut latentes. Externæ aut internæ. Per ſe aut per accidens. Poſitivæ aut privativæ. Communes aut propriæ. *Cauſæ reſpectu ad morbum.*

Aphor. 3.

Sequuntur *cauſæ abſolutè conſideratæ* prout res ſunt. Sunt autem res vel externæ vel internæ. Externæ ſunt vel neceſſariæ vel non neceſſariæ. *Cauſæ abſolutè prout res ſunt.* *Rerum Diviſio*

Neceſſariæ ſunt aer, cibus & potus, ſomnus & vigiliæ, motus quies, animi affectus, excreta. Peccat autem *aër* vel qualitate excedente, vel ſubſtantia alienâ. *Qualitate* excedente morbos inducere poteſt, cjuſque conſtitutio pendet à temporibus anni, ventis, regionibus & locis. *Subſtantia aliena* peccat aër quando externæ cavernis, aut aliunde exhalantibus venenatis vaporibus inquinatur. Poſt aërem in ordinem venit *cibus cum potu* quando peccat quantitate in exceſſu & defectu vel qualitatibus *Res externæ Neceſſaria Aer.* *Cibus & potus.*

primis [illegible]

primis aut ſecundis, vel modo ſumendi. Cibo & potui ſuccedunt *Somnus & vigiliæ* quæ moderatæ ſanitatem conſervant, immoderatæ verò deſtruunt. Sic *motus nimius* ſpiritus exhaurit, & quies nimia corpus excrementis replet. *Animi affectus* graviores & perſeverantes, magnas mutationes faciunt. *Excreta* quoque ſi debito modo & tempore non excernantur ſicut & *retenta* varias morborum cauſas præbent.

Somnus & vigiliæ.

Motus & quies excedens.

Animi affectus.

Excreta & Retenta.

Res externæ non neceſſariæ.

Res externæ non neceſſariæ ſunt tales quæ evitari poſſunt, ut quæ vulnerant, ſecant &c. quarum certus numerus non eſt, ideoque Medici curæ non ſubjiciuntur.

Aphor. 4.

Cauſæ morborũ internæ earumq; diviſio.

Cauſæ præternaturales Calculi.

Vermes.

Cauſas externas juxta noſtram diviſionem, ſequuntur *cauſæ internæ*, æquè ſunt vel naturales vel præternaturales. *Præternaturales* ſunt Calculi, vermes. atque exterius corpori immiſſa. *Calculi* ex materia fæculenta, terrea, limoſaque ſuccum lapideſcentem in ſe continente, anguſtioribus & ſiccioribus locis adhæreſcente, generantur. *Vermes* generantur ex materiâ quidem corruptâ & putre-

putreſcente, ſemen tamen aut ſemini quoddam analogum quod efficientis rationem habet, in ſe continente. *Exterius in corpus immiſſa* ut quaſi interna facta ſint, ſunt ſagittæ, ſpinæ, globuli plumbei &c.

Exterius in corpus immiſſa.

Aphor. 5.

Conſideratis cauſis præternaturalibus ad *naturales* nos convertimus, nempe ad humores quatenus tales vitiati ſunt, eorum autem vitia dividuntur *in Plethoram & Cacochymiam.* In Plethora ſpectantur differentiæ & cauſæ. *Ratione differentiarum* Plethora eſt vel pura vel notha, vel tendit ad vaſa vel ad vires, ex utraque poſteriori miſtam addit Augenius. Pura eſt in qua tantùm bonorum humorum eſt abundantia. Notha autem ſeu ſpuria, quando cacochymiæ miſcetur. Ratione *cauſarum* Plethora eſt vel materialis vel efficiens vel adjuvans. *Materialis* eſt quando victus plenior boni ſucci & multi nutrimenti copioſior eſt. *Efficiens* eſt bona corporis conſtitutio, aër temperatus, ætas juvenilis. *Adjuvans* eſt ocium, ſomnus, vita ſine curis, ſuppreſſæ evacuationes.

Humoris Diviſio.

Plethoræ Differentia.

Cauſæ.

Aphor. 6.

Digitized by Google

Aphor. 6.

Cacochymia Diviſio. Recenſuimus Plethoram, reſtat *Cacochymia*, quando nempe abundat pituita, bilis, melancholia, ſerum.

Aphor. 7.

Pituita ejus Differentia. Pituita conſideratur juxta differentias & cauſas. *Ex differentiis* alia eſt naturalis, alia præternaturalis. *Naturalis* ſeu ſanguis pituitoſus maſſæ ſanguineæ pars frigida & humida huc non pertinet. *Præter naturalis* pituita eſt vel inſipida, acida, ſalſa aut vitrea. *Inſipida* ſeu humor crudus qui ob coctionis defectum in ventriculo perfectionem non aſſecutus eſt. *Acida* ob ſaporem cruda eſt, ob defectum caloris genita. *Salſa* ex ſalſæ ſeroſæ humiditatis cum pituita miſtione, unde calida & ſicca. *Vitrea* frigida, viſcida, craſſa, vitro fuſo colore & ſubſtantia ſimilis. Hactenus differentiæ, *Cauſa.* ſequuntur *pituitæ cauſæ*, quæ duæ ſunt: Efficiens & Materialis. *Efficiens* ventriculi & viſcerum vicinorum conſtitutio frigida eſt. *Materiales* cauſæ ſunt cibi frigidi, copioſi, coctu difficiles, potus largior & intempeſtivè aſſumptus.

Aphor. 8.

Aphor. 8.

Pituitam ordine ſequitur *bilis*, cujus quoque ſpectandæ ſunt differentiæ & cauſæ. *Ex Differentiis* bilis alia eſt alimentoſa vel naturalis vel præternaturalis ad *alimentoſam* maſtæ ſanguineæ pars calidior & ſiccior non pertinet. *Bilis naturalis* nimia copia cacochymiam facit. *Præternaturalis* vel eſt *Vitellina*, flavâ calidior & craſſior, fit ex flava aduſta vel *poracea* quæ viridis, calida & mordax eſt, vel *æruginoſa* priori calidior, vel denique *iſatodes* quæ ex æruginoſa magis aduſta, bilique atræ ob id proxima eſt. *Cauſas* quod attinet bilis vel materiales ſunt vel efficientes. *Materiales*, ut alimenta calida & ſicca, pinguia & dulcia. *Efficientes* ut corporis & aëris conſtitutio calida & ſicca, ætas juvenilis, ira, vigiliæ, nimia exercitatio.

Bilis, ejus Differentia.

Cauſa.

Aphor. 9.

Bili ſuccedit *melancholia* quæ eſt vel Alimentaris aut naturalis aut præternaturalis, quæ ultima propriè atra bilis vocatur. *Ad alimentarem* maſſæ ſanguineæ pars frigidior & ſiccior non pertinet.

Melancholia ejusq; diviſio in Alimentarem, naturalẽ & præternaturalem.

Melan-

Digitized by Google

Sine materia. Simplices. Cauſæ *Intemperiei* ſunt vel *cum* vel *ſine materia. Sine materia* cauſæ vel ſunt ſimplices vel compoſitæ, *ſimplices* ſunt vel calidæ, frigidæ, humidæ vel ſiccæ.

Cauſarum morborum partium ſimilarium intemperiei ſine materiâ ſimplicium *Calidæ.* *Calidarum* Galenus 5. recenſet & ſunt motus animi & corporis, putredo, vicinia rei Calidæ. Cutis Conſtipatio, res *Frigidæ.* calidæ in corpus aſſumptæ. *Cauſæ frigidæ* vel propria vi refrigerando vel Calorem innatum ſuffocando vel obruendo vel diſſipando, vel eidem pabulum *Humidæ.* ſubtrahendo, peccant. Cauſæ *Humidæ* viciniâ humidorum, & quæ tranſpirationem humidorum effluviorum, impediunt, peccant. *Siccæ.* Cauſæ *ſiccæ* Alteratione exſiccantium & nimiâ reſolutione peccant. Hactenus cauſæ ſimplices intemperiei ſine materia, ſequuntur ejuſdem cauſæ *compoſitæ*, quando nempe *Compoſitæ.* cauſæ intemperierum ſimplicium conjunguntur, quod tamen ſemper non opus eſt, cum dentur multæ cauſæ, quæ geminis qualitatibus præditæ ſunt.

Aphor. 3.

Cauſæ morborū Hucuſque fuerunt cauſæ morborum intem-

Digitized by Google

intemperiei ſine materiâ, ſequuntur *cauſæ intemperiei cum materia*, quæ materia vel ſenſim colligitur in parte affectâ, vel confertim influit in partem. *partium ſimilariũ intemperiei cum materia earum diviſio.*

Aphor. 4.

Cauſa intemperiei morborum cum materia, quæ materia ſenſim colligitur in parte affecta, vel vitio illius partis vel vitio ejus Alimenti; *Vitio partis* colligitur quando vel ejus concoctrix eſt imbecillis, quæ etiam ex bono alimento, plura excrementa producit, vel quando ejus facultas expultrix eſt debilis: vel quando meatus non patet expellendis excrementis, ob conformationis vitium, vitio *Alimenti* vero materia ſenſim colligitur, cum illud vitioſum eſt, ut plura excrementa juſto inde generentur. *Intemperies cum materia, quæ ſenſim colligitur. Vitio partis. Alimenti.*

Aphor. 5.

Intemperies cum materia quæ confertim influit in partem, influit vel per ὦσιν ſeu transmiſſionem, vel per ἕλξειν ſeu attractionem. *Per transmiſſionem* influit cum 1. humores ſua ſponte moveri incipiunt in vaſis cumulati, vel in iis amplius contineri non poſſunt. 2. Cum *Quæ cõfertim influit per trãsmiſſionem.*

Melancholia naturalis nimia copia collectâ Cacochymiam efficit. *Melancholia præternaturalis* ſeu atra bilis reſpicit differentias & cauſas. Differentiæ ſunt vel primæ, ſecundæ & tertiæ. Melancholia præternaturalis *prima* fit ex ſanguine aduſto & mitiſſima exiſtit. *Secunda* ex humore melancholico ſi aduratur fit; *tertia* ex bile flava vel vitellina magis aduſtâ, quæ omnium peſſima eſt. *Cauſa* Melancholiæ præternaturalis eſt, vel efficiens vel materialis. *Efficiens* eſt calor nimius qui humores adurit. *Materialis* autem cauſa complectitur omnia ex quibus humor melancholicis vel bilis atra generatur.

Melancholia præternaturalis differentia.

Cauſa.

Aphor. 10.

Humorum ordinem concludit *ſerum* ſeu ſalſa ſeroſa humiditas, quæ dum majori, quam debebat copia adeſt cacochymiam efficit, ejus *cauſa* duæ ſunt, Efficiens & materialis. *Efficiens* eſt obſtructio & intemperies viſcerum, ob quas hæc ſeroſa materia non recte ſecernitur; detinetur etiam obrenum non attrahentium vitium & expultricis debilitatem, *materiales* cauſæ ſunt cibi multam

Serum, ejus definitio & cauſa.

Digitized by Google

multam ſeroſam ſubſtantiam habentes ut potus multus &c.

Aphor. 11.

Pro concluſione hujus ſectionis *flatus* huc referimus quorum cauſa duplex eſt Efficiens & Materialis. *Efficiens* eſt calor debilis vel *per ſe* & ſuapte natura talis, vel *per accidens*, ſi à materiæ copiâ obruatur; *materialis* ſunt cibi flatulenti, potus multus & ſimilia. *Flatus cauſæ.*

SECTIO TERTIA

De morborum cauſis in ſpecie.

APHOR. I.

C*Auſæ morborum in ſpecie*, conſideratæ, ſunt vel partium ſimilarium vel diſſimilarium, vel ſolutæ unitatis. *Similarium* intemperiei & totius ſubſtantiæ: *Diſſimilarium* Conformationis, numeri, magnitudinis, compoſitionis. *Morborum cauſarum in ſpecie conſideratarum diviſio.*

Aphor. 2.

Cauſæ morborum partium ſimilarium ſunt ut dixi intemperiei & totius ſubſtantiæ. *Cauſæ morborũ partium ſimilariũ intemperiei.*

Cauſæ

Melancholia naturalis nimia copia collecta Cacochymiam efficit. *Melancholia præternaturalis* ſeu atra bilis reſpicit differentias & cauſas. Differentiæ ſunt vel primæ, ſecundæ & tertiæ. Melancholia præternaturalis *prima* fit ex ſanguine aduſto & mitiſſima exiſtit. *Secunda* ex humore melancholico ſi aduratur fit ; *tertia* ex bile flava vel vitellina magis aduſtâ , quæ omnium peſſima eſt. *Cauſa* Melancholiæ præternaturalis eſt, vel efficiens vel materialis. *Efficiens* eſt calor nimius qui humores adurit. *Materialis* autem cauſa complectitur omnia ex quibus humor melancholicis vel bilis atra generatur.

Melancholiæ præter-naturalis differentiæ.

Cauſæ.

Aphor. 10.

Humorum ordinem concludit *ſerum* ſeu ſalſa ſeroſa humiditas, quæ dum majori , quam debebat copia adeſt cacochymiam efficit , ejus *cauſæ* duæ ſunt, Efficiens & materialis. *Efficiens* eſt obſtructio & intemperies viſcerum , ob quas hæc ſeroſa materia non recte ſecernitur; detinetur etiam obrenum non attrahentium vitium & expultricis debilitatem , *materiales* cauſæ ſunt cibi multam

Serum, ejus definitio & cauſæ.

multam ſeroſam ſubſtantiam habentes ut potus multus &c.

Aphor. II.

Pro concluſione hujus ſectionis *flatus* huc referimus quorum cauſa duplex eſt Efficiens & Materialis. *Efficiens* eſt calor debilis vel *per ſe* & ſuapte natura talis, vel *per accidens*, ſi à materiæ copiâ obruatur; *materialis* ſunt cibi flatulenti, potus multus & ſimilia. *Flatus cauſæ.*

SECTIO TERTIA

De morborum cauſis in ſpecie.

APHOR. I.

C*Auſæ morborum in ſpecie*, conſideratæ, ſunt vel partium ſimilarium vel diſſimilarium, vel ſolutæ unitatis. *Similarium* intemperiei & totius ſubſtantiæ: *Diſſimilarium* Conformationis, numeri, magnitudinis, compoſitionis. *Morborum cauſarum in ſpecie conſideratarum diviſio.*

Aphor. 2.

Cauſæ morborum partium ſimilarium ſunt ut dixi intemperiei & totius ſubſtantiæ. *Cauſæ morborũ partium ſimilariũ intemperiei.*

Cauſæ

Melancholia praeter-naturalis differentia.

Melancholia naturalis nimia copia collecta Cacochymiam efficit. *Melancholia præternaturalis* ſeu atra bilis reſpicit differentias & cauſas. Differentiæ ſunt vel primæ, ſecundæ & tertiæ. Melancholia præternaturalis *prima* fit ex ſanguine aduſto & mitiſſima exiſtit. *Secunda* ex humore melancholico ſi aduratur fit ; *tertia* ex bile flava vel vitellina magis aduſtâ, quæ omnium peſſima eſt. *Cauſa* Melancholiæ præternaturalis eſt, vel efficiens vel materialis. *Efficiens* eſt calor nimius qui humores adurit. *Materialis* autem cauſa complectitur omnia ex quibus humor melancholicis vel bilis atra generatur.

Cauſa.

*Aphor.*10.

Serum, ejus definitio & cauſa.

Humorum ordinem concludit *ſerum* ſeu ſalſa ſeroſa humiditas, quæ dum majori, quam debebat copia adeſt cacochymiam efficit, ejus *cauſæ* duæ ſunt, Efficiens & materialis. *Efficiens* eſt obſtructio & intemperies viſcerum, ob quas hæc ſeroſa materia non recte ſecernitur: detinetur etiam obrenum non attrahentium vitium & expultricis debilitatem, *materiales* cauſæ ſunt cibi multam

multam ſeroſam ſubſtantiam habentes ut potus multus &c.

Aphor. 11.

Pro concluſione hujus ſectionis *flatus* huc referimus quorum cauſa duplex eſt Efficiens & Materialis. *Efficiens* eſt calor debilis vel *per ſe* & ſuapte natura talis, vel *per accidens*, ſi à materiæ copiâ obruatur; *materialis* ſunt cibi flatulenti, potus multus & ſimilia. *Flatus cauſæ.*

SECTIO TERTIA

De morborum cauſis in ſpecie.

APHOR. I.

C*Auſæ morborum in ſpecie*, conſideratæ, ſunt vel partium ſimilarium vel diſſimilarium, vel ſolutæ unitatis. *Similarium* intemperiei & totius ſubſtantiæ: *Diſſimilarium* Conformationis, numeri, magnitudinis, compoſitionis. *Morborum cauſarum in ſpecie conſideratarum diviſio.*

Aphor. 2.

Cauſæ morborum partium ſimilarium ſunt ut dixi intemperiei & totius ſubſtantiæ. *Cauſæ morborũ partium ſimilariũ intemperiei.*

Cauſæ

Melancholia naturalis nimia copia collecta Cacochymiam efficit. *Melancholia præternaturalis* ſeu atra bilis reſpicit differentias & cauſas. Differentiæ ſunt vel primæ, ſecundæ & tertiæ. Melancholia præternaturalis *prima* fit ex ſanguine aduſto & mitiſſima exiſtit. *Secunda* ex humore melancholico ſi aduratur fit ; *tertia* ex bile flava vel vitellina magis aduſtâ, quæ omnium peſſima eſt. *Cauſa* Melancholiæ præternaturalis eſt, vel efficiens vel materialis. *Efficiens* eſt calor nimius qui humores adurit. *Materialis* autem cauſa complectitur omnia ex quibus humor melancholicis vel bilis atra generatur.

Melancholia præter-naturalis differentia.

Cauſa.

Aphor. 10.

Humorum ordinem concludit *ſerum* ſeu ſalſa ſeroſa humiditas, quæ dum majori, quam debebat copia adeſt cacochymiam efficit, ejus *cauſæ* duæ ſunt, Efficiens & materialis. *Efficiens* eſt obſtructio & intemperies viſcerum, ob quas hæc ſeroſa materia non recte ſecernitur; detinetur etiam obrenum non attrahentium vitium & expultricis debilitatem, *materiales* cauſæ ſunt cibi multam

Serum, ejus definitio & cauſa.

multam ſeroſam ſubſtantiam habentes ut potus multus &c.

Aphor. 11.

Pro concluſione hujus ſectionis *flatus* huc referimus quorum cauſa duplex eſt Efficiens & Materialis. *Efficiens* eſt calor debilis vel *per ſe* & ſuapte natura talis, vel *per accidens*, ſi à materiæ copiâ obruatur; *materialis* ſunt cibi flatulenti, potus multus & ſimilia. *Flatus cauſæ.*

SECTIO TERTIA

De morborum cauſis in ſpecie.

APHOR. I.

Cauſæ morborum in ſpecie, conſideratæ, ſunt vel partium ſimilarium vel diſſimilarium, vel ſolutæ unitatis. *Similarium* intemperiei & totius ſubſtantiæ: *Diſſimilarium* Conformationis, numeri, magnitudinis, compoſitionis. *Morborum cauſarum in ſpecie conſideratarum diviſio.*

Aphor. 2.

Cauſæ morborum partium ſimilarium ſunt ut dixi intemperiei & totius ſubſtantiæ. *Cauſæ morborũ partium ſimilariũ intemperiei.*

Cauſæ

Sine materia. Cauſæ *Intemperiei* ſunt vel *cum* vel *ſine materia. Sine materia* cauſæ vel ſunt

Simplices. ſimplices vel compoſitæ, *ſimplices* ſunt vel calidæ, frigidæ, humidæ vel ſiccæ.

Cauſarum morborum partium ſimilarium intemperiei ſine materiâ ſimplicium

Calida. *Calidarum* Galenus 5. recenſet & ſunt motus animi & corporis, putredo, vicinia rei Calidæ. Cutis Conſtipatio, res

Frigida. calidæ in corpus aſſumptæ. *Cauſæ frigidæ* vel propria vi refrigerando vel Calorem innatum ſuffocando vel obruendo vel diſſipando, vel eidem pabulum

Humida. ſubtrahendo, peccant. Cauſæ *Humidæ* viciniâ humidorum, & quæ tranſpirationem humidorum effluviorum, impediunt, peccant.

Sicca. Cauſæ *ſiccæ* Alteratione exſiccantium & nimiâ reſolutione peccant. Hactenus cauſæ ſimplices intemperiei ſine materia, ſequuntur ejuſdem cauſæ *compoſitæ*, quando nempe

Compoſita. cauſæ intemperierum ſimplicium conjunguntur, quod tamen ſemper non opus eſt, cum dentur multæ cauſæ, quæ geminis qualitatibus præditæ ſunt.

Aphor. 3.

Fæculentiâ Hucuſque fuerunt cauſæ morborum intem-

intemperiei ſine materiâ, ſequuntur *cauſæ intemperiei cum materia*, quæ materia vel ſenſim colligitur in parte affectâ, vel confertim influit in partem.

partium ſimilariũ intemperiei cum materia earum diviſio.

Aphor. 4.

Cauſæ intemperiei morborum cum materia, quæ materia ſenſim colligitur in parte affecta, vel vitio illius partis vel vitio ejus Alimenti; *Vitio partis* colligitur quando vel ejus concoctrix eſt imbecillis, quæ etiam ex bono alimento, plura excrementa producit, vel quando ejus facultas expultrix eſt debilis : vel quando meatus non patet expellendis excrementis, ob conformationis vitium, vitio *Alimenti* vero materia ſenſim colligitur, cum illud vitioſum eſt, ut plura excrementa juſto inde generentur.

Intemperies cum materia, quæ ſenſim colligitur. Vitio partis.

Alimenti.

Aphor. 5.

Intemperies cum materia quæ confertim influit in partem, influit vel per ὦσιν ſeu transmiſſionem, vel per ἕλξειν ſeu attractionem. *Per transmiſſionem* influit cum 1. humores ſua ſponte moveri incipiunt in vaſis cumulati, vel in iis amplius contineri non poſſunt. 2. Cum

Quæ cõfertim influit per trãsmiſſionem.

Digitized by Google

pars in aliam propellit corpus, & ſic mittunt aut recipiunt: mittunt totum corpus ſcilicet genus venoſum, deinde partes privatas. Recipiunt partes imbecilles morbo ſeu naturâ, & proclives ad recipiendum. *Per attractionem* influit, quando humores attrahuntur, vel ob calorem, vel ob dolorem.

Per attractionem.

Aphor. 6.

Fuerunt hactenus recenſitæ cauſæ morborum partium ſimilarium intemperiei cum vel ſine materia, ſequuntur *cauſæ morborum partium ſimilarium totius ſubſtantiæ*, quæ venenatæ & vel externæ vel *internæ* ſunt ut humores, ſemen, excrementa, menſtruâ corrupta, quæ omnia tandem venenatas qualitates acquirunt.

Cauſæ morborum totius ſubſtantiæ, earum diviſio in cauſas Internas & Externas.

Aphor. 7.

Cauſæ morborum totius ſubſtantiæ externæ ſunt, Aër, contagium, venenum. *Aer* quidem à vaporibus venenatis inquinatus, vel aliunde advenientibus ut è ſpecubus, cadaveribus, vel in eo generalis, ob conſtitutionem ejus calidam & humidam, vel occultas ſiderum influentias.

Aer.

Conta-

Contagium cujus ſpectandæ ſunt differentiæ & requiſita. *Requiſita* tria ſunt, agens contagioſum, affectio contagioſa, & patiens peculiariter diſpoſitum. *Differentia* qua aliud contagium mediatum eſt ſeu addiſtans; aliud immediatum, ſeu per contactum. Tertio *venena* quæ vel in corpus aſſumpta illud corrumpendi vim habent; vel extra communicata, ut morſu, halitu animalium venenatorum, unguentis, vel aliis modis. *Contagium.*

Aphor. 8.

Recenſuimus hactenus cauſas morborum partium ſimilarium, ſequuntur *partium diſſimilarium morbi*, quæ ſunt vel conformationis, compoſitionis, numeri aut magnitudinis. *Morborum partium diſſimilarium cauſa earumq; diviſio.*

Aphor. 9.

Cauſæ morborum, *Conformationis* ſitæ ſunt vel in figurâ, cavitatibus, meatibus aut in ſuperficie. *Cauſa Conformationis.*

Cauſæ morborum *figuræ* ſunt vel per ſe vel per accidens: *per ſe* in utero ob facultatis formatricis errorem: extra uterum verò ob motum violentum, nimiã repletionem, magnitudinem immuni- *Figura.*

tam, numeri vitium. *Peraccidens* ob nervorum reſolutionem, convulſionem, diſſectionem, cicatricem duram, ſcirrhum, phlegmonem.

Cavitatum. Cauſæ Conformationis *Cavitatum* ſunt vel in exceſſu vel defectu: *in exceſſu* quando nimium dilatantur à re præternaturali eas replente, vel nimis diſtendente. A *defectu* quando nimis anguſtæ ſunt vel à primo ortu, vel repletione, vel congreſſione vel ſubſidentia, vel conſtrictione.

Aphor. 10.

Meatuū Exceſſu. Cauſæ morborum conformationis *meatuum* ſunt vel in exceſſu vel defectu. *In exceſſu* notetur Anaſtomaſis, diœreſis, diapidiſis. *Anaſtomaſis* fit à copia vel quantitate humorum vel medicamentis laxantibus. *Diœreſis* fit à cauſâ erodente, ut humoribus vel medicamentis acribus, aut incidente vel diſtendente ut humoribus copioſis, vel rumpente, ut ſunt motus vehemens, clamor, pondus grave, contundentia. *Diapidiſis* fit ab humectantibus & rarefacientibus.

Aphor. 11.

Cauſæ morborum Conformationis

mea-

meatuum in *Defectu* ſunt obſtructio, conſtipatio, coaleſcentia, compreſſio, ſubſidentia conſtrictio. *Obſtructio* eſt quando aliquid in meatu continetur, quod ipſi tamen non adnaſcitur, ut humores craſſi, viſcidi, grumi, ſanguinis, pus, fœces duræ, calculi &c. oritur etjam ab humorum copia. *Conſtipatio* fit à carne ipſi meatui adnata aut tumore in ipſo meatu genito. *Coaleſcentia* eſt cum poſt vulnus aut ulcus parietes meatuum coaleſcunt. *Compreſſio* fit ab omnibus meatui extra incumbentibus, ut humoribus, oſſibus, luxatis, vinculis, contuſſionibus. *Subſidentia* fit ob meatuum parietes à nimia humiditate laxiores redditos. *Constrictio* fit à nimiùm refrigerantibus & adſtringentibus. *Defectu.*

Aphor. 12.

Sequuntur cauſæ morborum conformationis *ſuperficiei*, quæ eſt vel aſpera, lævis, mollis, pellucida. Superficiem *aſperam reddunt* acria, erodentia, vehementer ſiccantia ut humores acres, fumi, venti, cibi acres; *lævem reddunt* cauſæ contrariæ: *molles* præternaturaliter partes reddunt humectantia *dura*, ſic- *Cauſæ morborum conformationis ſuperficiei.*

 cantia.

Sanguificatio læditur vel per ſe vel per accidens: *per ſe*, læsâ facultate ob morbos quoſcunque hepatis intemperiem frigidam, calidam, obſtructiones, tumores, ulcera. Ob errorem externum, cum vel chylus in ventriculo non elaboratur bonus, vel recte elaborato vitioſa materia admiſcetur. *Per accidens* læditur ſanguificatio ejuſq; facultas attractrix, ob morbos hepatis aut meſenterij obſtructionem. Retentrix, ob morbos hepatis præcipue intemperiem humidam, vaſorum apertionem aut eroſionem, chylique tenuitatem. Expultrix læditur præcipuè ob intemperiem & gibbæ hepatis partis obſtructionem. 16. *Sanguificationis læſa definitio diviſio & cauſa.*

Aphor. 18.

16. *Circa urinæ excretionem & retentionẽ ſymptomata eorumq; differentiæ & cauſæ. Iſchuria propria.*

Symptomata circa urinæ excretionem varia ſunt, nempe Iſchuria propriè & minus propriè ſic dicta, dyſuria, ſtranguria mictio involuntaria, mictio in ſomno, diabetes.

1. *Iſhuriæ & Urinæ paucæ* cauſa eſt facultas expultrix læſa, quando labefactatur vel impeditur. *Labefactatur* autem primò ob veſicæ facultatem ſentientem læſam, nervis ſcil. ejus affectis, ex ictu, luxatione vertebrarum eo loci, vulneribus ſpinalis medullæ, tumoribus, medicamentis, narcoticis, opio præcipuè adhibitis. Secundo ob intemperiem fibrarum ejus transverſarum frigidam & humidam. Tertio ob nimiam earundem extẽſionem, ut in longa urinæ retentione accidit. Quarto ob muſculorum, qui veſicæ in expellenda urina ſubſidio veniunt, affectum ut contrahi non poſſint. His prædictis cauſis labefactatus facultas expultrix, ſequuntur cauſæ ex quibus *impeditus*, nẽpe ob cervicis & meatus urinarij anguſtiam, quando vel conſtipatur à caruncula aut callo in meatu urinario. Vel

Vel obſtruitur à calculo, grumo ſanguinis, pure, vel craſſo humore. Vel reprimitur à tumore muſculi cervicē veſicæ ambientis, aut partium vicinarum aut contorquetur, ob veſicæ è ſuo loco prolapſum vel clauditur, dum muſculus cervicis veſicæ convulſione afficitur.

2. *Iſhuriæ minus propriè* ita dictæ cauſæ ſunt vel *ob errorem* externum, cum ſerum ad alias partes fluit, & urina, non per meatum urinarium, ſed alibi patefactum effluit. Vel ex *læſa facultate* & renum attractrice, quæ vel labefactatur ob intemperiem frigidam; vel impeditur, ab anguſtia & obſtructione emulgentium, & renum, à pituita craſſa, vel pure genita. *Minus propria.*

3. *Dyſuriæ* ſeu ardoris urinæ cauſa, eſt vitium aliquod meatus urinarij, dum vel ab urinæ, vel ſeminis acrimonia, aut etiam virulentia, ut in lue venerea, eroditur, vel ulcere aut abſeſſu laborat. *Dyſuria.*

4. *Stranguriæ* cauſa, eſt vel irritans vel vitium veſicæ & meatus urinarij: *Cauſa irritans* oritur vel quando urina eſt acris, vel quando Calculus veſicæ ſeſe in ejus cervicem inſinuat: Urina *Stranguria.*

acris autem talis evadit quia ipſi materia acris, ut bilis, pituita ſalſa, pus, vel alia admiſcetur. Generatur etiam urina talis ex prava diæta, vel ob hepatis vitium, ac renum fervorem. *Vitium veſicæ* & *meatus urinarij* cauſatur etiam ab intemperie, præcipuè frigidâ. A calidis tumoribus & levioribus inflammationibus veſicæ, aut partium vicinarum, vel ab exulceratione veſicæ, aut meatus urinarij.

Mictio involuntaria. 5. *Mictionis involuntariæ* cauſa eſt vel *muſculorum abdominis* convulſio aut repreſſio, vel *læſa ſphincteris* veſicæ contractio, quæ accidit vel ob *læſionem fibrarum* ejus quarundam, quod in ex ſectione calculi & partu difficili accidere poteſt. Vel ob *paralyſin* provenientem ab ejus intemperie frigida & humida aut nervorum anguſtia, quæ oritur vel ab obſtrictione vel repreſſione, in luxatione vertebrarum ſpinæ circa os ſacrum, ictu, caſu, tumore.

Mictio in ſomno. 6. *Mictionis involuntariæ in ſomno* cauſa eſt, ſphincteris quædam imbecillitas, præcipuè à frigida & humida intemperie, concurrit tamen ſomnus profun-

profundior, & quaſi quædam negligentia facultatis ſuperioris, ut & conſuetudo, his accedit ſomnium, quo quis putat, ſe loco & tempore conſueto, urinam reddere.

7. *Diabetes* cauſa proxima eſt facultas renum retentrix læſa, & quidem ab urinæ copiâ, quæ ortum habet à calore viſcerum, hepatis, lienis & venarum, potum potentius attrahentium & tumores in venis colliquantium: quibus plerumque accedit imbecillitas & partium illarum laxitas, quæ aquoſum humorem è ventriculo ad hepar & lienem ferunt, ob quam potus, ſubito ad renes fertur. *Diabetes.*

Aphor. 19.

18. *Reliquarum excretionū vitioſarū ſymptomata eorumq; cauſæ.*

Reliquarum excretionum vitioſarum ſymptomata conſiſtunt vel in vitio lactis vel in gonorrhæa vel in menſtrui fluxu.

1. *Lac* vel deficit vel depravatur vel concreſcit: lactis deficientis cauſa eſt, vel ſanguinis in toto corpore inopia, vel mammarum intemperies, aut meatuum anguſtia. Lactis depravati cauſa eſt vel mammarum intemperies, vel ſanguinis vitium. *Lactis ſymptomata.*

vitium lactis denique concreti cauſa eſt, dum lac vel à nimio calore exuritur, aut diutius in mammis coagulatur.

Gonorrhæa. 2. *Gonorrhæa* eſt triplex. Propria, Impropria vel venerea. *Propriæ* cauſa eſt læſa ſeminis retentio, vel ob læſam facultatem imprimis intemperiem humidam ex quacunque cauſa laxante ortam; vel ob errorem externum, ſeu vitium ſeminis, ſi illud ſit frigidius, aquoſum, tenue & crudum. *Impropriæ ſeu pollutionis nocturnæ* cauſa eſt ſeminis copia, calor atque acrimonia, expultricem ſtimulans. *Gonorrhææ Venereæ cauſa* eſt ſemen acre, pravum, corruptum, & virulentum, expultricem ſtimulans.

Menſtrui fluxus. 3. *In menſtrui fluxu* varia accidunt ſymptomata præſertim quinque, nempe ſi ſuppreſſus, ſi diminutus, ſi nimius, ſi albus ſit, aut ſtillicidio peccet. *Primo ſupprimitur* menſtrui fluxus vel ob errorem externum, ſeu ſanguinis vitium, ſi is craſſus, viſcidus & ad motum ineptus ſit. Vel ob læſam facultatem ſeu venarum uteri anguſtiam, ortam vel ab obſtructione à ſanguine & humoribus craſſis & lentis, quæ frequentiſſima cauſa eſt

ſa eſt. Vel à coaleſcentia poſt abortum. Vel à compreſſione à tumore uteri, vel partium vicinarum, aut nimia pinguedine. Vel à ſubſidentia & condenſatione, ob uteri frigidam vel ſiccam vel utramque intemperiem. *Secundo menſtrui fluxus diminuti* eædem ſunt cauſæ, ſed leviores, ut ſcil. parcius vel tardius profluant. *Tertio menſtrui fluxus nimii* eſt vel apertio venarum uteri, vel ſanguis calidior, *apertio venarum uteri* procedit vel ab Anaſtomoſi quæ oritur à caliditate ſanguinis, ſeu balneis & fomentis laxantibus vel à diœreſi ab erodentibus ut ſunt humores, & medicamenta acria; aut à rumpentibus ut ſunt ſanguinis copia, partus difficilis, percuſſio, magni ponderis geſtatio. Cauſatur etiam menſtrui fluxus nimius, quando *ſanguis calidior*, tenuior, mobilis, & acris exiſtit, quò pertinent omnes cauſæ, quæ ſanguinem calefacere atque exagitare poſſunt. Nonnunquam etiam aquoſus & cachecticus, totum corpus pravans, expultricem ad expellendum, per hanc viam, incitat. *Quarto menſtrui albi fluxus* ſeu ut vocant

cant

cant *fluxus muliebris*, ſunt humores pravi in corpore abundantes. *Quinto ſtillicidij* menſtruorum cauſa, eſt vitium vel viarum, ſi venæ circa uterum & in utero anguſtiores ex parte reddantur; vel ſanguinis, ſi is craſſus, viſcidus, impurus & acris, majore copia ad uterum feratur, ut viæ aliquo modo obſtruantur, & diſtendantur, unde dolor excitatur.

Aphor.20.

18. *Auctionis ſymptomata & cauſa.*

Auctionis ſymptomata duplicia ſunt, vel auctionis *imminutæ* quo ad totum corpus, aut partem, ob cauſas in atrophia dictas. Vel auctionis *nimiæ* cujus cauſa materialis eſt *ſanguinis boni* nimia abundantia, à cibi & potus multi nutrimenti uſu copioſiore, otio, ſomno multo, frequenti balnei, aquæ dulcis, uſu profecta. Cauſa efficiens eſt robur virtutis, & calor temperatus, cum nonnulla humiditate.

20. *Generationis læſæ ſymptomata* ... *cauſa*

Aphor.21.

Generatio læſa conſideratur vel circa virum vel fœminam; primo ratione *viri* læditur generatio ob vitium ſeminis & ejus

& ejus emiſſionis : *ſeminis* quidem vitium oritur à læſa facultate, ob teſtium intemperiem, præſertim frigidam & humidam, interdum etiam calidam. Vel ob errorem externum, dum vel ſanguis vitioſus eſt ac frigidior aut humidior exiſtit. Vel ſanguis & ſpiritus generando ſemini neceſſarij deficiunt, ob ætatem ſenilem, morborum, corpus exſiccantem, inediam. Ratione *emiſſionis* ſeminis ejus cauſa eſt penis natura , qui aut caſu brevior vel ob ligamenti brevitatem contortus eſt.

2. Generationis læſæ, ratione *fœminarum* varia ſunt ſymptomata & cauſæ; *primò* quando nullum aut non fœcundum ſemen faciunt, ob cauſas in ſemine virili enumeratas, *ſecundo* quando receptio ſeminis virilis non fit, ob genitalia clauſa, vel non ſatis patentia, ob intemperiem uteri frigidam & humidã, tumorem, ulcus, repreſſionem, aliaſque cauſas uteri os anguſtius reddentes. *Tertio* quando ſemen virile non retinet, ob intemperiem uteri, humidam, ulcus, levitatem, oris uteri hiatum, fluxum menſium, & alias res uterum lubricantes. *In fœminis.*

tes.

tes. *Quarto* quando ſemen virile ab uteri calore non fovetur ob intemperiem, ulcus, vel ſimiles jam dictos morbos. *Quinto* quando ſanguis formando fœtui deficit vel pravus eſt. *Sexto* quando fœminæ abortiunt, cujus cauſa eſt facultas expultrix præternaturaliter moleſtata, vel ob fœtus molem nimiam, alimenti neceſſarij defectum: Vaſorum quibus utero adhæret ruptionem & laxationem, quacunque de cauſa humores, ob membranas ruptas in uterum effuſos putreſcentes eum acredine ſua ſtimulant.

SECTIO SEXTA

De cauſis ſymptomatum facultatis Vitalis.

APHOR. I.

Cauſæ ſymptomatum facultatis vitalis.

EGimus hactenus de cauſis ſymptomatum facultatis naturalis, ſequuntur *facultatis vitalis* ſymptomatum cauſæ quæ ſunt vel cordis palpitationis, vel virium languoris, lipothymiæ, & syncopis.

Aphor. 2.

Aphor. 2.

Cordis palpitationis cauſæ.

Cordis palpitationis cauſa eſt, vel res aliqua moleſta cordi, vel *ſpirituum vitalium* defectus mediocris qui accidit ob evacuationes immodicas, dolorem vehementem, triſtitiam, inediam & ſimilia. Vel *calor præternaturalis auctus* ut ſpiritus non ſolum diſſipans ſed etjam accendens, unde uſu refrigerationis aucto, pulſatio fit frequentior.

Aphor. 3.

Res cordi moleſta.

Res aliqua moleſta, *cordi* occurrens, vel eſt *externa*, quæ cor pungit, rodit, & rumpit. Vel *Interna* ut vapores moleſti, vel humores vel ex humoribus orti tumores aut vermes. 1. *Vapores moleſti* peccant, vel quantitate, vel quantitate & qualitate ſimul, vel qualitate eaque manifeſta aut occulta; manifeſta ex humoribus melancholicis, vel craſſis, in pericardio contentis, effumantes. Occulta ex aſſumptis venenis, vermibus, febribus peſtilentibus. 2. *Humores* peccant ſubſtantia ſi putridi ſint; qualitate, ut acres & calidi nimis, in cor irruentes.

Quan-

Quantitate prementes, ut ſanguis in vulneribus in cor irrumpens, humiditas in pericardio nimium aucta. 3. *Ex humoribus orta* ut tumores, carneæ excreſcentiæ & calli, circa cor nati, idque prementes. Deinde vermes cor in ſua capſula moleſtantes, his addi poſſunt lapilli, qui noni nunquam in corde reperiuntur.

Aphor. 4.

Virium languoris lipothymiæ & ſyncopis cauſa.

Facultatis vitalis *virium languores, lipothymiæ & ſyncopis* cauſa, eſt ſpirituum vitalium inopia qui vel *non generantur* ob læſam facultatem generatricem ſeu cordis morbum; vel ob errorem externum, ſeu defectum materiæ, quando aer, & præcipuè ſanguis deſunt, aut vitioſa ſunt. Vel *generati abſumuntur* dum ſuffocantur, diſſipantur aut corrumpuntur: *ſuffocantur* cum vapores è ventre infimo aſcendunt. Vel cum calor & ſanguis ad cor repentè confluunt, quem confluxum concentrationem ſpirituum vocant, vel cum craſſities & copia humorum frigidorum arterias replet, ut ſpiritus liberè moveri nequeant quod & fit à timore repentino &

no & magno. *Diſſipantur* per nimios animi & corporis, motus, dolores, præſertim ſi pars dolens cum corde conſentiat, immodicas evacuationes, imò magnas vitioſorum humorum excretiones, per ea, quæ ſpiritus ad exteriora evocant, ut æſtus aëris, calor internus nimius, balneum. *Corrumpuntur* ab occulta qualitate iis infeſta, orta à cauſa vel externa, ut à veneno aſſumpto, venenatâ aurâ hauſtâ, item à peculiari, cum re præſente antipathia. Vel in corpore genita, ut in febribus ſyncopalibus, vermibus, ſemine & menſtruis corruptis.

SECTIO SEPTIMA

De cauſis ſymptomatum facultatis animalis præcipuè ſenſuum externorum.

APHOR. I.

CAuſas ſymptomatum facultatis vitalis, ſequuntur ſymptomatum cauſæ *facultatis animalis* quæ ſunt vel ſenſuum externorum, vel internorum, vel facultatis motricis, vel vocis, vel re- *Cauſarū ſymptomatum facultatis animalis div.*

 ſpira-

ſpirationis, vel capitis, cerebri, & nervorum.

Cauſarũ ſymptomatum externorum ſenſuum diviſio.

Aphor. 2.

Cauſæ ſymptomatum *ſenſuum externorum* ſunt quinque, nempe læſi viſus, auditus, olfactus, guſtus & tactus.

Aphor. 3.

Symptomatum morborũ partium oculos conſtituentiũ ſeu viſionis læſæ differentia & cauſa.

Viſio læditur vel in oculi parte corneâ, vel in humore aqueo, vel in pupillá, vel in humore cryſtallino, vel in humore vitreo, vel in toto oculo vel in ſpiritibus opticis vel in ſplendore & viſione.

Aphor. 4.

Læſa viſionis cauſa.

1. *Cornea* læditur quando perſpicuitatem vel amittit vel colore alieno inficitur: *perſpicuitatem amittit* dum vel *humectatur* unde ophthalmia. Vel *puſtula*, *ungue oculi* aut *panno* obducitur vel *incraſſatur* ob cicatrices poſt vulnera, vel ulcera relictos, vel ob exſiccationem, quando cornea tota exſiccatur, unde caligo vel ſecundum partem, quaſi alba redditur, & albugo dicitur, quæ macula perfectè alba & denſa, cœcitatem parit, vel non omnem tranſitum ſpeciebus viſibilibus denegat, & viſus debi-

debilitatem parit, vel totam pupillam non tegit, unde viſus hallucinatio oritur. Cornea *colore alieno* inficitur, ſed rarius & ſpecies viſibiles alieno colore depravatæ videntur.

II. *Humor aqueus* peccat vel dum 1. *colore alieno* inficitur, & omnia eum colorem, quo hic humor imbutus eſt, habere depravata videntur. Vel 2. *modo ſubſtantiæ* dum humor aqueus craſſus & impurus redditur & fit viſus hebetudo, unde res quaſi per nebulam videntur. Vel pus ſub cornea collectum aut materia mucoſa & craſſa permiſcetur, quæ inſpiſſata occupat vel totum vel partem: *totum* occupat pupillæ foramen, unde vera ſuffuſio oritur, notha autem humore aqueo ſalvo, à vaporibus per arterias & venas ad oculos, elevatis, oritur, ut in ebriis & febribus ardentibus. Quando humor aqueus *partem* occupat id fit vel in continuâ, vel divulsâ pupillâ: *In continuâ* centrum pupillæ tantum occupat dum omnia perforata vel concava videntur; vel partes adjacentes aliquas, & tum non

 omnia

omnia ſed pauciora videntur. In *divulſa* & diſperſa pupilla, tum culices, muſcæ & ſimilia in aere apparere videntur vel 3. *quantitate* cœcitatem aut viſus imminutionem vel depravationem parit, prout deficit ob vulnus, cum cornea diſciſſa, vel ob ulcus, cum cornea, ab acri humore eroſa effluit. Aut imminuitur ob morbos diuturnos vel extremum ſenium.

III. *Pupilla* vel dilatatur, vel anguſtior redditur vel dislocatur aut rumpitur: *Primo dilatatur* iis, qui noctu melius in loco lucido hebetius vident ob tenſionem ureæ quæ fit vel ob intemperiem ſiccam. Tumorem. Incluſum flatum aut humorem. *Secundo Anguſtior redditur* iis qui interdiu acutius, noctu hebetius vident, cum nempe pupilla ob humiditatem laxatur, aut aqueus humor deficit, aut materia aliqua in humore aqueo hæret. *Tertio dislocatur* vel rumpitur & ſtrabiſmus oritur, quando ea, quæ ad latera potius, quam recta oppoſita videntur.

IV. *Humor cryſtallinus* qui vel ſubſtantiæ

ſtantiæ modo & qualitate peccati vel ſitum mutat. *Primò ſubſtantiæ modo* & qualitate peccat, quando humor cryſtallinus ſolidior, tenſior, & obſcurior fit, unde nyctalopia oritur; vel humores & vapores craſſi, huic aut etiam vitreo admiſcentur unde reflexio radiorum luminis, quæ ſplendoris & corruſcationis cauſa eſt. Vel pelluciditatem amittit ex parte, & oritur viſus debilitas, vel planè, & oritur cœcitas, vel glaucum colorem contrahit, unde glaucoma. *Secundo ſitum mutat* humor cryſtallinus vel ad ſuperiora & inferiora & tum omnia duplà apparent. Vel ad latera & res videntur magis dextrè vel ſiniſtrè quam ſunt. Mutatur etiam ſitus verſus centrum ſeu medium, tum propinqua rectè, remotiora vero non ſatis diſtinctè videntur. Situm etiam mutat ultra centrum, verſus pupillam, & tum res ab oculis remotas clarius vident, vel verſus nervum opticum, & res videndæ neceſſario oculis, propius admovendæ unde luſcioſitas ſeu myopia oritur.

V. *Humor vitreus* vel mutat ſitum

ob contuſionem, vel colorem & perſpicuitatem dum fit denſior, hinc variæ viſus læſiones accidunt.

VI. *Totus oculus* vel pleræque partes læſæ, variè viſum lædunt cum vel *totus oculus* atrophia laborat. Situm in ſtrabiſmo & procidentia mutat, motum in paralyſi amittit. Vel *plures humores* ex oculo prolabuntur, ob ampla ejus vulnera, inflammationes, & ulcera.

VII. *Læditur* etiam viſio ex *ſpirituum opticorum defectu*, vel ob cerebrum læſum vel ob nervorum opticorum anguſtiam, ab obſtructione aut compreſſione, vel ob eorum rupturam à percuſſione, caſu, ictu, aut quocunque motu violento: Spiritus optici deficiunt quoque, ob cerebrum læſum, quando vel ejus pars aliqua afficitur, è quâ nervi optici oriuntur & tum ſolus viſus læditur, vel quando totum à frigida intemperie, compreſſione, obſtructione læditur, & tum plerumque ſenſus alij ſimul afficiuntur.

VIII. Tandem *ſplendoris & corruſcationis* in oculis cauſa eſt reflexio radiorum.

Digitized by Google

diorum luminis interni, ob objectum corpus denſius, ſeu vapores & humores craſſos, ſi cryſtallino vel vitreo humore obducuntur aut admiſcentur.

Aphor. 5.

Auditus læditur ob vitium *ſpirituum* aut propter anguſtiam meatuum cerebri, in apoplexia, vel propter eorundem perturbationem, in epilepſia, unde ſurditas, vel ob intemperiem frigidam, ob quam gravis fit auditus. *Auditus læſi differentia & cauſa.*

Læditur etiam auditus ob *organorum* vitium.

1. Si *aures externæ* ex vulnere, vel alia cauſa amittantur, tum voces inarticulatæ in modum fluctuantis aquæ, aut reſonantis cicadæ offeruntur.

2. Si *meatus auditorius* vel totus vel ex parte obſtruatur, à cauſa vel externa, ut ſi lapilli nuclei vermes, aqua incidant, vel interna, ut inflammatione, carnoſo tuberculo, callo, ſcirrho, cordibus aurium cumulatis & concretis: auditus vel tollitur vel imminuitur vel depravatur.

 3. Si

Digitized by Google

3. Si *tympanum* erodatur ab ulcere aurium profundiore; ſi rumpatur à vi externa, ut auri ſcalpio, bombardarum aut grandium tormentorum ſono, unde ſurditas excitatur. Item ſi tympanum craſſius à primo ortu eſt, tum incurabilis ſurditatis cauſa exiſtit, vel poſt ortum, ob inflammationem in ſcirrhum converſam, vel ab affluentibus humoribus nimis exſiccetur, poſt morbos graves aut ætatem, auditus gravitas oritur.

4. Si *aer implantatus* impurior ſit redditus, à materia ex toto corpore, vel cerebro ei permixta; vel ſi planè deficiat, ob alimenti defectum, propter obſtructionem, quæ gravitatis auditus vel ſurditatis cauſa eſt.

5. Si *nervus expanſus* refrigeretur, tum fit auditus gravis, ſin denſior reddatur, aut tumore afficiatur, auditus imminuitur vel tollitur.

6. Si *oſſicula tria auris* à primo ortu non rectè formata ſint, vel ſi poſt ortum ictu, caſu, ſonitu, affluxu humoris loco mota, auditum incommodant.

7. Si

7. Si *nervus auditorius* ab ortu non rectè conformatus ſit; ſurditatis; poſt ortum obſtructus, aut denſior redditus, gravitatis auditus vel ſurditatis cauſa eſt.

Aphor. 6.

Olfactus læditur ob *errorem externum* quando vapor aut materia aliqua grave olens in viis hæret, & odorem inquinat tranſeuntem. Læditur etiam olfactus *ob vitium ſpirituum animalium*, ſi vel deficiant, ut in morbis propinquis, vel influere prohibeantur, ut in apoplexia, epilepſia &c. vel ob vitium *Organorum* primo narium externarum anguſtiã, ortam à compreſſione ob cauſam externam ut ictum, contuſionem, vel à conſtipatione, ob tumorem aliquem præternaturalem vel ab obſtructione à carnis excreſcentia, humore craſſo, pure, ſanguinis grumo. Secundo ob vitium oſſis cribriformis, atque ejus membranæ obſtructionem, ut fit in gravedine. Tertio ipſum olfactus organum, ſeu proceſſus mammillares præternaturaliter affectos vel intemperie *Olfactus læſi differentia & cauſa.*

 præſer-

Digitized by Google

præſertim humida, vel obſtructione à materia fluente, ut fit in catarrhis.

Aphor. 7.

Guſtus læſi differentia & cauſa.

Guſtus læditur ob *errorem externum* ortum vel à cauſa externa, ut re aliquâ in os aſſumpta cujus ſapor non facile eluitur. Vel *interna* ut humore vel vapore ex ventriculo, hepate, liene, pulmone, thorace, faucibus, ulcere laborantibus. Interdum etiam è cerebro exhalante.

Læditur etiam guſtus *facultate* ſua *affecta* primò ob *morbum linguæ*, intemperiem ſcil. à materia frigida & humida, vel ſiccam à vapore ſicco puſtulas, ulcera. Secundo ob *vitium ſpirituum*, dum deficiunt, vel influere prohibentur, ob anguſtiam & obſtructionem ejus partis cerebri, unde nervi, guſtatorij oriuntur, vel iis ipſis nervis obſtructis aut compreſſis, vel vulneratis, inde pro magnitudine morbi guſtus vel imminuitur, vel aboletur.

Aphor. 8.

...us

Tactus læditur ex *dolore* quando proxima

xima eſt ſolutio continui in parte membranoſa ſive illa fiat à qualitate prima vel ſecunda: *Secundo* tactus, læditur ex *pruritu*, qui eſt excrementum tenue, ſalſum, & acre ad ſcalpendum hominem incitans, ex quo voluptas quædam oritur, ob evacuationem materiæ, quæ moleſta erat & mordicabat. *Tertio* tactus læditur ex *ſtupore* qui eſt vitium ſpirituum quando *non gignuntur* ob caloris debilitatem ut in ſenibus, vel ob materiæ defectum, poſt magnas evacuationes & ſimilia. Vel quando ſpiritus *influere non poſſunt* ob nervorum ſolutam unitatem, vel anguſtiam, ortam ex obſtructione ab humore craſſo & frigido vel etiam tenui, à conſtipatione, ſi nervi & ſpinalis medulla craſſis ſuccis repleantur. Vel compreſſione à tumore, contuſione, luxatione, vinculo. Denique frigore vehementer conſtringente.

rentia & cauſa.

SECTIO OCTAVA

De cauſis ſymptomatum facultatis animalis in ſpecie ſenſuum internorum.

Symptomatum ſenſuum internorum cauſa.

APHOR. I.

Pervigilij differentia & cauſa.

PErvigilij cauſa eſt nimia ſpirituum animalium ad organa ſenſuum effuſio, ob *irritationem* nimiam ſenſus communis, cujus eædem ferè cauſæ, & præter eas, imprimis dolor, ſeu ob *defectum vinculi ſenſus primi*, aut ſuavium illarum exhalationum, quæ vel non generantur ob inediam & uſum ciborum, tales halitus non ſuppeditantium. Vel genitæ abſumuntur, à calida & ſiccâ intemperie cerebri, vel totius corporis, orta ab humoribus & vaporibus bilioſis, melancholicis.

Aphor. 2.

Somni nimij differentia &

Somni nimij cauſa eſt, vel nonnaturalis vel præternaturalis.

I. *Cauſæ nonnaturales* ſunt ea omnia quæ ſpirituum effuſionem ad exteriora, juſto

juſto tempore & modo prohibent, & vel calorem & ſpiritus ſupra modum reſolvunt, & abſumunt; vel ſpiritus nimis ad interiora egreſſum impediunt, ut motus nimius, vigilia nimia, balnea. Vel cerebrum halituoſis vaporibus replent, qui vel in toto cerebro nimis refrigerato & humectato coguntur, vel elevantur à toto corpore, ut in ebriis item in febribus nonnullis aut à parte, ut ventriculo vel aliâ.

II. Somni nimii cauſæ *præternaturales* conſiderantur vel in genere, vel in ſpecie. *In genere* quæ ſpiritus præternaturaliter detinent ne ad organa ſenſuū libere influant. *In ſpecie ecſtaſis naturalis*, cauſæ eædem ferè ſunt quæ comatis. *Coma* autem duplex eſt: ſomnolentum & vigil: Coma *ſomnolentum* eſt vapor copioſus ſeu frigidus, & humidus ſeu calidus & humidus vel in cerebro genitus vel ex toto, aut parte aliquâ in cerebrū miſſus; inprimis vero narcoticus, ſpiritus animales, quaſi torpidos reddens. *Coma vigil* eſt vapor narcoticus, ſed quia ei vapores calidi & acres permi-

ſcentur, & variæ abſurdæ imaginationes, phantaſiæ offeruntur, ſomnus interrumpitur.

Aphor. 3.

Somnambulationis differentia & cauſa.

Somnambulationis cauſa eſt imaginatio fortior, excitata ex rerum aſſervatarum ſpeciebus, quæ tamen ſingularem cerebri, ut & ſpirituum diſpoſitionem requirit.

Aphor. 4.

Inſomniorum immoderatorum differentia & cauſa.

Inſomniorum immoderatorum cauſa eſt, vel intemperies cerebri, vapores nempe ab inferioribus aſcendentes & ſpiritus in cerebro agitantes, vel vapores impuri, tetri, melancholici, à cibis vel humoribus ejusdem naturæ exhalantes, ſpiritusque animales exagitantes.

Aphor. 5.

Memoriæ & imaginationis læſæ differentia & cauſa.

Memoriæ & imaginationis imminuta vel ablata cauſa, eſt vel *error externus* dum in morbis quibusdam ab innumeris objectis memoria obruitur & diſtrahitur. Vel cauſa eſt *læſa facultas* ob morbos cerebri intemperiem præcipuè frigidam conformationis, ad quam & morbus ſubſtantiæ pertinet; vel obcalli-

di

di nativi defectum ab ortu aut poſt ortum contingentem: *Ab ortu* quantitate deficit, dum caput nimis parvum eſt, aut inconcinnam figuram habet. *Qualitate* deficit cum cerebrum naturâ frigidius eſt, vel in capite magno calor diſpergitur, vel humiditate nimiâ obtunditur. *Poſt ortum* calor nativus deficit, ob res vel naturales, ut ſenectutem vel non naturales, ut cibum frigidum, craſſum, vel præternaturales, ob morbos diuturnos, malignos, cerebri abſeſſus, vulnera, contuſiones. Vel ob cauſas internas, ut humores vitioſos, intemperiem frigidam & humidam, cerebro inducendos; vel externas ut ſunt vigiliæ, ſtudia, labores, ſanguinis profuſiones, omnia nimia, ictus capitis & ſimiles.

Aphor. 6.

Stultitiæ & amentiæ, quæ plerumque ab ortu interdum poſt ortum accidit; cauſa eſt, vitium ſpiritus, cerebro inſiti, nonnunquam conformatio capitis, & cerebri, prava, quam nec ſatis explicare, nec emendare poſſibile eſt. *Stultitiæ & amentiæ differentia & cauſa.*

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 7.

Delirii differentia & cauſa. *Delirii ſeu deſipientiæ* cauſa in genere, eſt vitiata conſtitutio ſpiritus animalis in cerebro, ſive illius inſiti & fixi, ſive mobilis. Et quidem, cum plerumque in delirio imaginatio & ratiocinatio ſimul afficiantur, imaginationis læſæ proxima cauſa eſt ſpiritus animalis, vitioſus, depravatæ vero ratiocinationis, utpote quæ organo corporeo non perficitur, eſt phantaſma vitioſum.

Aphor. 8.

Paraphroſines differentia & cauſa. *Paraphroſines* ſeu delirii ſimplicis cauſæ ſunt, vapores calidi moderatè ſpiritus animales turbantes, qui in febribus & partium inferiorum inflammationibus, ad cerebrum elevantur.

Aphor. 9.

Temulētia differentia & cauſa. *Temulentiæ* cauſæ ſunt, vapores calidi, ex ventriculo vel toto venoſo genere exhalantes, ab aſſumptis narcoticis, vino, cerevifia, & aliis cibis & potibus inebriantibus.

Aphor. 10.

Phrenitidis differentia cauſa. *Phrenitidis* proxima cauſa eſt intemperies cerebri & ſpirituũ calida, à membranarum cerebri inflammatione proveniens.

Aphor.

Aphor. 11.

Paraphrenitidis à nonnullis ita dictæ cauſa eſt, inflammatio diaphragmatis, quæ non multum à phrenitide differt.

Paraphrenitidis differentia & cauſa.

Aphor. 12.

Melancholiæ proxima cauſa eſt, phantaſma melancholicum, à ſimili ſpirituum animalium diſpoſitione ortum, qui tenebricoſi fiunt, cum primo *ipſi ſpiritus tenebricoſi ſunt* talesque generantur, ex ſpiritibus vitalibus, vitioſis & impuris, vel ex vitali, licet puro, tamen vitio cerebri, quod potiſſimum à ſpiritu ejus inſito, melancholico dependet. vel ſecundo *ipſis ſpiritibus puris animalibus, materia tenebricoſa & impura permiſcetur* quæ vel in vaſis capitis continetur, vel ab univerſi corporis venis, & præcipuè majoribus, cerebro communicatur, vel ab hypochondriis transmittitur, quæ tunc melancholia hypohondriaca dicitur.

Melancholia differentia & cauſa.

Aphor. 13.

Amoris inſani cauſa eſt triſtitia & ſolicitudo, cui ira ſæpe adjungitur, orta ex deſiderio rei pulchræ ſeu revera talis, ſeu ſic apparentis.

Amoris inſani differentia & cauſa

Aphor.

Aphor. 14.

Maniæ differentia & cauſa.

Maniæ cauſa eſt diſpoſitio ſpirituum animalium fervida, & quaſi ignea, ob intemperiem cerebri calidam, vel aduſtos vapores fervidos ex atra bile, quæ continetur vel in venis capitis tantum, vel universi corporis; præſertim majoribus circa uterum, unde, furor uterinus.

Aphor. 15.

Rabiei differ. & cauſa.

Rabiei cauſa, eſt venenum, peculiari modo diſpoſitum, quod ab animali rabido, homini communicatur, frequenter per morſum & ſalivam. Huic tamen ſimile venenum hydrophopiam inducens, in corpore humano generatum, præcipuè ex terrore, obſervatum eſt.

Aphor. 16.

Lycanthropia different. & cauſa.

Lycantropia eſt imaginatio & ratiocinatio depravata qua homines ſe in animalia fera præſertim in lupos mutatos eſſe putant, cauſatur plurimum ex hauſtu ſanguinis animalis calentis.

Aphor. 17.

Tarantatorum different. & cauſa

Tarantatorum affectus eſt venenum tarantulæ ictu communicatum, quod præcipuè ſpiritus & calidum nativum corrumpit, unde actiones naturales plerum-

plerumque læduntur. Ejus præcipuum alexipharmacum eſt muſica.

Aphor. 18.

Choreæ ſancti viti cauſa eſt humor malignus ratiocinationem & imaginationem depravans, tarantulæ veneno cognatus, in corpore genitus à bile atra, cujus etiam fervor corpus ad ſaltandum quaſi titillare poteſt. *Chorea S. Viti cauſa.*

SECTIO NONA.

De cauſis ſymptomatum facultatis motricis.

Cauſæ ſymptomatum facultatis motricis.

APHOR. I.

P*Aralyſis* eſt ſpirituum animalium in organis motui deſtinatis defectus, qui oritur ex *nervorum* (ſub quibus & medulla ſpinalis, *morbis*, prout ſunt partes vel ſimilares vel organicæ, vel *prout unitas* illorum ſoluta eſt, veluti *cum nervo diſſecto*, eroſo, aut rupto, ſpiritus animalis membro denegatur. *Paralyſis differentia & cauſa.*

Dum organicæ partes tanquam canales ſpiritum animalem ad muſculum deferẽtes anguſtiâ laborãt, cujus cauſa eſt obſtructio ab humore aliquo nõ plane

craſſo

craſſo. Vel *compreſſo* ab humoribus, nervis extra incumbentibus, humore, contuſione, luxatione vertebrarum ſubita, fractura, vinculis & ſimilibus. Vel *denſatio* quia nervus nutritus eſt craſſis & viſcidis ſuccis, vel quia coactus à frigore vehementi.

Partes ſimilares laborant occultis qualitatibus à vi ſcil. narcoticâ medicamentorum, venenorum, humorum. Vel intemperie, eâque vel ſine materia frigida & humida, vel cum materia frigida & humida, aut calida & ſicca: *frigida & humida* qua totus nervus reſolvitur, orta à cauſis internis & externis; *internis* ut humoribus pituitoſis nervos refrigerantibus & humectantibus, qui plerumque à capite deſcendunt. Vel *externis* ut contactu rei frigidæ diuturno, aquæ glaciei, aeris. *Calida & ſicca* humores pituitoſos fundendo, vel ut alii ſentiunt nervos adeo indurando, ut ſpiritibus tranſitus denegetur.

Aphor. 2.

Motus ablati ſi- ner-

Motus ablati ſine nervorum vitio eſt cauſa, morbus motui partis dicatæ, ſi nempe

nempe *oſſa* in membris loco non rectè moveri queunt ob malã conformationem, fracturam luxationẽ. Vel *ligamẽta* articulos obvolventia, rumpantur, diſſecentur, laxiora aut molliora fiant, aut contra exſiccentur, indurentur, calles, nodisque occupentur; vel quando *muſculi* eorumque tendines nimis refrigerantur, aut ab humore aliquo præternaturali irrigantur, aut contra exſiccentur, ſi tumor aliquis, nodus, ſcirrus, callus in iis oriatur, ſi vulnerentur vel ob tumorem doleant. Denique ſi *tendines* per motum violentum adeò extendantur, ut longiores evadant, aut vinculis quaſi abrumpantur.

vorum vitio diſferentia & cauſa.

Aphor. 3.

Laſſitudinis cauſa eſt ſenſus moleſtiæ in motus organis, triplex nempe, ſpontanea, non ſpontanea & gracilitatis.

Laſſitudinis diſferentia & cauſa.

Cauſæ *ſpontaneæ laſſitudinis* ſunt humores vitioſi vel copioſi, partes onerãtes, eſt autem laſſitudo exhis cauſis quadruplex. 1. *Ulceroſa* & provenit à materia acri & mendaci, ut ſunt humores bilioſi, atra bilis, vel alii ex putredine acres redditi, quam & vapores acres producere

ducere poſſunt: quæ omnia vel à naturali calore fuſa, ad ambitum corporis pelluntur, vel motu nimio attrahuntur, vel mora in ſole vel motu vehementi eò concitantur. 2. *Tenſiva* plethoram plerumq; ſequitur, interdum ab alia materiâ fieri poteſt, ſive ſit vapor, ſive pituita, aut melancholia, modo mordax non ſit. 3. *Phlegmonodes* ex cacochymia & plethora conjunctis oritur, & in muſculis ferè, qui ſub cute ſunt, percipitur. 4. *Oſtokopos*, ubi nervi interiores & penoſtia tenduntur, à materia melancholica præcipuè, unde in quartana & ſcorbuto familiaris.

Cauſa non ſpontaneæ ſeu *exſiccativæ* laſſitudinis quæ poſt nimios labores & corporis motum, partibus motui inſervientibus, exſiccatis, ſpiritibusq; abſumptis oritur.

Gracilitatis cauſæ laſſitudinis his addenda, in qua tantum difficulter moventur ægri ob carnis & adipis muſculorum conſumptionem, & vel morbos longos ut hecticam, tabem, vel febres malignas & ardentes ſequitur.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor.4.

Tremoris cauſa eſt imbecillitas facultatis motricis, vel ob ſpirituum animalium quendam defectum, quando vel non generantur ob intemperiem cerebri frigidam, aut ſpirituum vitalium defectum ſeu inordinatum motum vel generati diſſipantur in morbis diuturnis, nimiis evacuationibus eſt inedia. **Tremoris differentia & cauſa.**

Tremoris etiam cauſæ ſunt nervorum morbi nempe eorum intemperies frigida & humida interdum ſicca, à quacunque cauſa orta. Seu eorum anguſtia, minor tamen quam in paralyſi, denique ſtupor nervorum à narcoticis contractus.

Aphor.5.

Rigoris proxima cauſa eſt res moleſta in ambitu corporis ſubitò partes ſentientes vellicans & ad expulſionem incitans. Cauſæ autem vellicationis ſunt vel internæ vel externæ: *Internæ* ſunt humores & vapores acres vel in partibus iſtis geniti, vel aliunde à partibus communibus, vel privatis tranſmiſſi. *Externæ* & evidentes ſunt, quæcunque ſentientes partes vellicant, **Rigoris differentia & cauſa.**

aut

aut humores acres in ambitu corporis contentos movent, ut ignis ſcintilla injecta, frigus penetrans, & ſimilia.

Aphor. 6.

Horroris differentia & cauſa.

Horroris eædem ſunt cauſæ minus tamen vehementes acrimoniâ, copiâ & motu.

Aphor. 7.

Spaſmi flatulenti differentia & cauſa.

Spaſmi flatulenti cauſa eſt humor tenuis aut vapor, capita muſculorum vellicans, imprimis vapor melancholicus, unde in quartanis frequens.

Aphor. 8.

Spaſmi cinici cauſa.

Spaſmi cinici cauſa eſt muſculorum oris convulſio.

Aphor. 9.

Triſmu cauſa.

Triſmu cauſa eſt muſculorum mandibulorum contractio.

Aphor. 10.

Pandiculationis cauſa.

Pandiculationis cauſæ ſunt halituoſi vapores in ſpatiis muſculorum totius corporis, ſola copiâ expultricem ad expulſionem ſtimulantes, quos tali motu diſcutere nititur.

Aphor. 11.

Oſcitationis cauſa.

Oſcitationis cauſæ ſunt humores halituoſi in muſculis maſticationi dicatis hæren-

hærentes, quos natura hoc motu diſcutere conatur. Interdum imaginatio ejus cauſa eſt.

Aphor. 12.

Sternutationis cauſa eſt, quicquid internam narium tunicam irritare poteſt, ut cauſæ internæ vel externæ: *Internæ* per idiopathiam ut humores & vapores acres, à cerebro eò delabentes vel per ſympathiam interiorum tunicarum, ventriculo & inteſtinis affectis, in cardialgia, vermibus in inteſtinis hęrentibus. Cauſæ *externæ* quoque fiunt per idiopathiam & ſympathiam : per idiopathiam quæcunque acria naribus attracta, ut vapores acres per ſympathiam, vicinam narium tunicam ſtimulando, ut radii ſolis & lux magna. *Sternutationis cauſa.*

Aphor. 13.

Convulſionis proxima cauſa eſt facultatis expultricis partium nervoſarum & fibroſarum in muſculis imitatio, quæ animalem in conſenſum trahit, & ad motum irritat, eſt vel Embroſtotonos muſculis, qui corpus verſus anteriora flectunt, ſic affectos; vel Opiſtotonos, ob muſculos, qui corpus in poſteriora *Convulſionis cauſa.*

 flectunt

flectunt ſic affectos. Vel tetanos, ab æquali muſculorum contractione.

Aphor. 14.

Convulſivorum motuum cauſa.

Convulſivorum motuum cauſa eſt humor vel vapor, nervoſo generi inimicus, expultricem, ad expulſionē ſtimulans, verum non fixus ſed per nervoſum genus, variè motus, & plerumque à materia è cerebro, ad nervoſum genus, tranſmiſſa, accidit.

Aphor. 15.

Spaſmi & paralyſis conjuncta cauſa.

Spaſmi & paralyſis conjunctæ cauſa, eſt humor mixtæ naturæ, qui partim nervos reſolvendi, partim etiam vellicandi vim habet.

SECTIO DECIMA.

De cauſis ſymptomatum vocis & reſpirationis.

Cauſa ſymptomatum vocis.

APHOR. I.

Aphoniæ differentia & cauſa.

Aphonia accidit vitio ſpirituum, quando deficiunt ut in epilepſia & apoplexia. Vel vitio *nervorum* tertii paris, vel recurrentium affectus, quando vel refrigerantur, vel intercipiuntur, vel divelluntur, vel inciduntur aut quocunque modo læduntur. Vel vitio *organorum* quando laryngis membrana nimio humore impleta, molleſcit, aut rimula ejus

jus quacunq; de cauſa occluditur. Vel lingua amputatur aut mutilatur. Vel muſculi laryngem, linguam aut thoracē moventes, reſolvuntur, contunduntur vulnerantur, aut alio modo præternaturaliter afficiuntur. Vel denique quando aſpera artena exulceratur aut occluditur

Aphor. 2.

Imminuta vocis eædem ſunt cauſæ, ſed minores & frequentius cauſa in lingua hæret, ſi ligamentum ejus ab ortu longius ſit, aut poſt ortum vulneratur, exulceratur, intumeſcit, aut ex altera parte paralyſi afficitur. *Imminutæ vocis cauſa.*

Aphor. 3.

Sermonis læſi cauſa eſt linguæ motus impeditus, vel ex ejus reſolutione, ob nervi qui ex tertio pari ad eam tendit, vitium; vel muſculis linguæ affectis ab intemperie frigida & humida cum vel ſine materia, illos irrigante, vel ob labiorum dentium & palati vitia. *Sermonis læſi cauſa.*

Aphor. 4.

Balbutio & blæſitatis cauſa, eſt vel intemperies humida, organorum vocis & locutionis, ſive nativa ſive aſcititia, interdū ſicca. Vel linguæ & muſculor. mala *Balbitiei & blæſitatis cauſa.*

conformatio, tumor nempe ſub ea natus, ut & columellæ vitia, ac dentium defectus.

Aphor. 5.

Raucedinis cauſa. *Raucedo* eſt vel interna vel externa: Internæ cauſa eſt, nimia humiditas ſuperficiei inſtrumentorum vocis, columellæ laxitas aut inflammatio. Externæ cauſa eſt, aer, vel aqua frigida, vehemens & diuturnior vocis intenſio, & alia, quæ inæqualitatem aſperæ arteriæ inducunt.

Aphor. 6.

Reſpirationis læſa cauſa in genere. *Reſpirationis læſæ* cauſæ conſiderantur vel in genere vel in ſpecie.

In *genere* conſiſtit in *læſa facultate* motrice pulmonum & thoracis; *pulmonum* per ſe cum temperamentum ejus deſtruitur, ut in moribundis, vel per accidens, cum ob pectoris quacunque de cauſa provenientem anguſtiam, ſpatium movendi liberum non habet; *Thoracis* per ſe, cum ſpiritus animalis ad motum neceſſarius, vel deficit ut in moribundis, vel influxus ejus non fit, ob cerebrum affectum, ut in apoplexia, vel non recipitur, ob nervorum deferentium

rentium vitium; per accidens verò facultas motrix thoracis læditur, cum ob dolorem lateris vel partium vicinarum, aut pus & ſanguinem in thorace contentum, vel flatus aut tumores, aut aquam in abdomine, unde diaphragma liberè moveri nequit. Reſpiratio etiam læditur *ratione organorum*, dum in pulmone, diaphragmate, muſculis thoracis, & abdominis, aſperâque arteriâ, aliquis morbus organicus vel ſolutæ unitatis eſt. *Ratione uſus mutati* læditur etiam reſpiratio, ſi ille nimium urgeat propter igneam caliditatem, in pulmone aut corde accenſam. Denique *ratione aeris* læditur reſpiratio, dum eâ aerem trahimus, ſi nempe is calori refrigerando & ventilando non eſt idoneus.

Reſpiratio læditur in *ſpecie*, ubi aſthmatis & orthopnocææ proxima cauſa, anguſtia eſt bronchiorum pulmonis proveniens vel ab obſtructione vel à compreſſione bronchiorum aſperæ arteriæ in pulmonibus, utramque cauſantur crudum tuberculum, grando, aut calculi, in pulmonibus hærentes, *In ſpecie.*

 tes,

tes, vel humores craſſi & viſcidi, nonnunquam tenues & ſeroſi ſed copioſi, qui nunc ſenſim in pulmonibus ob eorum debilitatem colliguntur, nunc aliunde affluunt, à capitè, ut vulgo putatur vel potius per venam arterioſam ex hepate.

Aphor. 7.

Tuſſis cauſa. *Difficilem reſpirationem* non rarò cauſat *tuſſis*, & omnia quæcunque ſpirandi inſtrumentis moleſtiam pariunt, talium autem cauſæ ſunt vel internæ vel externæ.

Interna. *Interna* per idiopathiam aut ſympathiam, per *idiopathiam* morbi *ſolutæ unitatis* vaſorum in pulmone ſive ſit vulnus ſive ulcus, vel per morbum *intemperiei* calidæ & ſiccæ, aut frigidæ, quę frequentior eſt, & thoraci maximè inimica; vel per *morbum compoſitionis* peccant, ubi aſperitas & obſtructio in mora ſunt, *aſperitas* quidem, unde quæ tracheam exaſperant, tuſſim excitant; ſive ſit intemperies, ſive humores mordaces à capite defluentes, vel medicamenta aut potus acres. *Obſtructio* fit ab humore, aut dura materia; ab *humore craſſo* & frigido à cere-

cerebro defluere aut in pulmone collecto: vel *tenui* ut in pleuritide, hydrope pulmonum aut peripneumonia. *A dura materiâ* ut ſunt calculi, vermes, crudum tuberculum, pus grumus ſanguinis. His ſpirandi inſtrumenta per idiopathiam, ſequentibus autem per *ſympathiam* læduntur nempe diaphragmate, hepate, liene, aut ventriculo inflammato, vel etjam hydrope, quando ob tunicarum conſenſum, tunicas organorum reſpirationis vellicant, vel vapores ad illas partes mittunt, vel diaphragma comprimunt.

Cauſæ tuſſis reliquarumque ſpirandi difficultatum *externa* ſunt, aër frigidus, ſiccus, aqua frigida, avidius pota, frigida medicamenta pectori applicata, alimenta acria, acida, fumus, pulvis, acres denique vapores qualescunque, & undecunque exorti, pulmonem ingredientes, & quæ præter naturæ ordinem ab œſophago aberrantia, in aſperam arteriam delabuntur, ut cibus, potus, vel qualecunque illud ſit. *Externa.*

SECTIO VNDECIMA.

De cauſis ſymptomatum facultatis animalis cerebri.

Cauſa, ſymptomatum cerebri.

APHOR. I.

Lethargi cauſa.

LEthargi cauſa eſt vel primarius cerebri affectus, qui ab inflammatione cerebri pituitoſa oritur, vel ſymptoma febrium comitatarũ, ortum à vapore narcotico. & pituitoſo, ſpiritus animales torpidos reddente.

Aphor. 2.

Catalepſeos cauſa

Catalepſeos proxima cauſa, eſt congelatio ſpirituum animalium, præcipuè imaginationi & ratiocinationi inſervientium, à vapore in cerebrum irruente, eosque peculiari vi figente, ad quam diſpoſitionem recipiendam, præcipuè humor melancholicus aptus eſt. Poteſt autem iſte vapor, nunc in cerebro generari, & affectum primarium excitare, nunc per conſenſum à toto, ut in febribus malignis, vel à parte, ut ſplene, inteſtinis, & aliis mitti.

Aphor.

Aphor. 3.

Cari proxima cauſa eſt ſpirituum animalium, in organa ſenſus & motus, liber influxus prohibitus, vel *non à refrigeratione & humectatione cerebri*, ab humore frigido & pituitoſo, unde ſpiritus alterantur. Vel *ſecundo vi narcotica* ſpiritus animales torpidos reddente, inducta à medicamentis narcoticis, venenis, humoribus nonnullis, in febribus quibusdam vaporibus carbonum, muſti, cereviſiæ & ſimilium. *Vel tertio* anguſtia ventriculorum cerebri: ſive à compreſſione cranii & cerebri, ſive ab obſtructione, ab humore frigido, orta. Vel *quarto à ſpiritibus* agitatis vel perturbatis aut nervis, per quos feruntur, ruptis, ut fit in contuſionibus capitis & cerebri, arteriarum carotidum, & muſculorum temporalium, vel à vehementiſſimis doloribus. *Cari differentiæ & cauſa.*

Aphor. 4.

Apoplexiæ proxima cauſa eſt ſpirituum animalium in ſenſus & motus organa, denegatus influxus, ob *Apoplexiæ differentiæ & cauſa.*

Meatuum ſeu principii nervorum anguſtiam, ortam ab obſtructione, ab

 humo-

Digitized by Google

humore pituitoſo, quam antiqui pro præcipua, imò nonnulli unica apoplexiæ cauſa poſuerunt. Vel à compreſſione à cauſa externa, ut ictu, caſu vehementiore, cerebrum, ipſumque nervorum principium comprimente. Vel à cauſa internâ, ut ſanguine è ſuis vaſis, ob ictũ, aut quamcunque cauſam, ad baſim cerebri effuſo, & principium nervorum comprimente. Vel ſanguinei in vaſis ſua copia, ita ea diſtendente, ut ſubſtantia cerebri compreſſa & meatibus anguſtioribus redditis ſpiritibus liber influxus denegetur, quæ procul dubio eſt *apoplexia ſanguinea* nonnullis dicta.

Apoplexiæ etiam cauſa eſt *ſpirituum animalium torpor* à vapore narcotico, qualis proculdubio eſt fumus ex accenſis carbonibus; vel ſpirituum animaliũ effuſio, per profunda vulnera. Vel eorũ perturbatio, ex ictu & caſu inſigni, à cerebri commotione.

Aphor. 5.

Epilepſiæ differentia & cauſa.

Epilepſia eſt vel perfecta vel imperfecta: *perfectæ* cauſa eſt vel proxima vel antecedens: proxima eſt materia vaporoſa & tenuis ſeu acrimonia ſua, ſeu qualitate

ſitate venenoſa,& maligna, cerebrum nervoſumq; genus vellicans, & ſpiritus animales ſimul obfuſcans ac turbans. Antecedentes cauſæ, ſunt non ſolum humores quicunq; , peculiari modo corrupti,& epilepticam diſpoſitionem adepti,verum etiam corporis partes eodem modo corruptæ, ut ſecundinæ, vermes & ſimilia.

Epilepſiæ *imperfectæ*,eadem eſt cauſa ſed mitior & copia paucior, quæ quidem nervoſũ genus alicubi vellicare,totum tamen affligere,ſpiritusq; animales in cerebro turbare &obfuſcare non poteſt.

Aphor.6.

Vertiginis differentia & cauſa.

Vertiginis proxima cauſa eſt inordinatus & circularis ſpirituum animalium motus , cujus cauſæ ſunt vel internæ vel externæ. *Internæ* cauſæ vertiginis in ipſo cerebro hærent,& vertiginem per eſſentiã pariunt vel aliunde ſurſum mittuntur: 1. *in ipſo cerebro* hærent & vertiginẽ per eſſentiã pariũt inordinata motio ſpirit.flatuoſi per venas,& potiſſimũ arterias in cerebrũ effuſi, qui initium motus ſumit, vel intus à ſe ipſo, cum

[illegible] modulis & fu
[illegible] aliquæ occa
[illegible] antecedentes ſunt
[illegible] humores. Deinde vertiginem
[illegible] cerebri an
[illegible] compreſsione, à
[illegible] Ab obſtructio
[illegible] vel humore aqu
[illegible] vel coalitu. Illi
[illegible] oritur, ſpiritu
[illegible], à cauſis
[illegible] agitatione. Secu
[illegible], & vertigo
[illegible] à vaporibus el
[illegible], vel toto corp
[illegible] ventriculo nempe
[illegible] biliosò, vel pitu
[illegible] ideòque eò facil
[illegible], aut m
[illegible] liene, utero, venis
[illegible] & venis in i
[illegible] eiuſmodi vap
[illegible] Toto corpore au
[illegible] vapores per con
[illegible], cum vel
[illegible] coctionis ſigna p
[illegible] narium ſequi

Digitized by Google

ſin nulla, ex febris malignitate potius provenit, ſine febre, à ſanguine calido & flatuoſo in venis, præcipue poſt motum vehementem.

Vertiginis *cauſæ externæ* ſunt quæcunque humores ſubito in vapores diſſolvere, vel flatibus & ſpiritibus motum inordinatum, & circularem conciliare poſſunt; ut aeris auſtrina conſtitutio, immoderata & intempeſtiva exercitia, inedia, balneum, ira, corporis circumgyratio, aſpectus, corporum velociter motorum, rerum lucidarum, ex alto, ſonus vehemens, capitis percuſſio, & ſimilia. *Externæ.*

Aphor. 7.

Incubi cauſa eſt obſtructio poſteriorum cerebri meatuum levior, à vapore craſſo, qui vel in ipſo capite per idiopathiam gignitur, ex alimenti cerebri excremento tenui, à frigore externo repentino incraſſato & repulſo. Vel per conſenſum elevatur in ventriculo, hypochondriis, teſtibus, à pituita craſſa humore melancholico, aut ſemine; motus ac crapula, ſupino decubitu, vel *Incubi differentia & cauſa.*

aliis de cauſis, in pueris etiam à vermibus ejuſmodi vapor attollitur.

SECTIO DVODECIMA

De cauſis ſymptomatum qualitatum mutatarum.

APHOR. I.

Symptomatum qualitatum mutatarum diviſio.

EGimus hactenus de cauſis ſymptomatum actionis læſę juxta tres ejuſdem facultatem, nempe naturalem, vitalem & animalem, reſtat ut de *ſecunda ſymptomatum claſſe*, præſenti ſectione agamus, & qualitatum mutatarum, ſymptomatum cauſas explicemus, prout autem hæc ſymptomata in tres claſſes commode dividuntur, ita etiam tribus ſequentibus aphoriſmis, eorum cauſas exponemus.

Aphor. 2.

Qualitatum mutatarum quoad viſum cauſa.

Quoad viſum mutantur colores prę ternaturaliter, ob humores totius corporis aut partis: *primo ratione totius corporis* icterici flaveſcunt ob bilem flavam cum ſanguine in totum corpus effuſam. Hepaticorum color quaſi plumbeus eſt ob ſanguinis aquoſitatem. In leuco-

leucophlegmatia ob pituitam corpus pallet. In carbone partes nigricant, vel cum obſcura rubedine livent, ob ſanguinem aduſtum. In Eryſipelate, pars roſeo colore rubet, ob ſanguinem tenuem & bilioſum affluentem. *Secundo ratione partis*, mutantur etiam colores; ut quando dentes denigrantur vel ex alimenti vitio, vel cum quid limoſum è vẽtriculo, cerebro, aut aliunde affluens, aut etiam ex cibis relictum, adhæreſcit, quod corruptum dentes denigrat, & corrumpit. Unguium color ob materiam vitioſam, ungues olentem, mutatur.

Aphor. 3.

Olfactus ſeu odores quoque mutantur, in toto corpore vel in parte: Olfactus *totius corporis* mutati cauſa eſt, crudarum humiditatum copioſarum putredo, quæ à calida & humida materia provenit. Odores mutati in corporis *aliqua parte* vel reperiuntur in *ore* ex cruditatibus in ventriculo, vel ex putredine in pulmo-

Qualitatum mutatarum quoad olfactum cauſa.

pulmonibus, dentibus, gingivis, aut palato. Vel ſecundo in *alis* ab excrementitiis humoribus, à corde, & partibus internis tanta copia tranſmiſſis, ut facile toti diſcuti non poſſint, ſed corrupti fœtorem concipiant. Vel tertio in *inguibus*, quorum fœtor à copia excrementorum, quæ ab epate & venis ad illa emunctoria mittuntur, cauſatur. *Vel quarto in naribus* quorum fœtor, ob excrementitios ibi humores putreſcentes, aut ob polypum, cancrum, vel aliud ulcus narium, oritur. Vel 5. *in auribus* quando fœtent, ob abſceſſus & ulcera auris interna, vel ob vitioſos humores è cerebro eò tranſmiſſos. Vel 6. *in pedibus*, dum fœtent, ob humiditates excrementitias, quæ ob motum ad pedes deſcendunt, ibique putreſcunt, in iis, qui temperamento ſunt calidiore, & humidiore, præcipuè crapulæ debiti.

Aphor. 4.

Qualitatum mutatarum quoad qualitates tactiles cauſa.

Reliqua ſymptomata quæ ad qualitates tactiles pertinent, & quæ pluribus ſenſibus objiciuntur, figuræ, numeri, & alia compoſitionis vitia, cum modo in morborum, modo in ſymptomatum claſſem

claſſem referantur, eorum cauſæ, ex cauſis morborum petendæ ſunt, cum ab illis non ſpecie, ſed ſecundum magis & minus, ſolùm differant.

SECTIO DECIMATERTIA

De cauſis ſymptomatum excretorum & retentorum.

APHOR. I.

Cauſarũ ſymptomatum excretorum & retentorũ diviſio.

SYmptomata excretorum & retentorum vel peccant *ſubſtantia vel qualitatibus, vel quantitate.*

Aphor. 2.

Excreta & retenta ſubſtantia peccantia.

Excreta & retenta ſubſtantia peccant primo *toto genere* quando præternaturalia ſunt & excernuntur, ut calculi vermes, de quibus in cauſis morborum. Vel ſecundo *modo præternaturali* rejiciuntur, ut excretio fœcum alvi, per os; ſanguinis menſtrui, per nares, mammas, oculos, vomitum, rejectio; quia viæ conſuetæ vel coaluerunt, vel obſtructæ, vel quocunque modo occluſæ ſunt, vel *tertio quando excreta & retenta* res naturales ſunt & *evacuari non debent*, ut ſangui-

ſanguinis effuſio quæcunque, venis & arteriis præternaturaliter apertis, ob cauſas in cauſis morborum dictas. *Sudor ſanguineus*, in ſpecie accidit ob ſanguinis tenuitatem, cutis raritatem & laxitatem ac facultatis retentricis debilitatem. *Particulæ inteſtinorum, pulmonis*, & *aliæ* corporis *rejectæ*, ab ulcere, putredine, aut humore acri eroſæ ſunt.

Aphor. 3.

Excretorum & retentorũ qualitatibus peccantium diviſio.

Excreta & *retenta qualitatibus* peccant vel in fœcibus alvi, & urinæ vel in ſudore, vel in ſputo, vel in ſanguine menſtruo.

Aphor. 4.

Fœcum alvi qualitatibus peccantium cauſa.

Fœces alvi ſunt vel

I. *Nimis calidæ*, ob bilem & calidos humores admiſtos, hepar & inteſtina calidiora, cibos calidos.

II. *Frigidæ* ob extinctionem caloris nativi, humores frigidos admiſtos, & cibos frigidos.

III. *Liquidæ & molliores*, ob cruditatem vel venarum meſaraicarum obſtructionem, vel cibos humectantes, vel defluxiones à capite ad inteſtina, vel bilis,

lis, aliorumque humorum tenuium ad inteſtina, effuſionem.

III. *Duræ* vel à calore nimio, ſive interno epatis, ſive externo quocunque, vel à ſiccitate corporis, aut inteſtinorum, vel urinam aut ſudorem copioſum, vel cibos adſtringentes, vel moram longam in inteſtinis, vel attractionem membrorum nimiam, ob alimentum in partibus deficiens.

V. *Acres* ob admiſtionem humorum acrium & ciborum talium uſum.

VI. *Fœtentes* ob ciborum fœtentium uſum, vel malam coctionem.

VII. Cùm *ſonitus* exeunt ob flatuum multorum admiſtionem.

VIII. *Colore albicant* ob bilis veſiculæ obſtructionem, vel ciborum albicantium non ſatis coctorum uſum, vel pituitam, copioſè admiſtam. *Flaveſcunt*, ob bilem flavam copioſius permiſtam. *Virent* in primis ob bilem æruginoſam; *nigricant* à cibo vel humore nigro; *rubent*, ob ſanguinis vel bilis flavæ aduſtæ admiſtionem.

Spumoſæ ſunt propter pituitam viſcidam, & flatuoſæ materiæ à capite defluxum, aut flatuum admiſtionem.

Aphor. &c.

Digitized by Google

omnis ſpiritus naturâ mobilis & fluxus ſit, vel extrinſecus à levi aliqua occaſione; cauſæ autem antecedentes ſunt omnes humores. Deinde vertiginem per eſſentiam parit meatuum cerebri anguſtia, orta ab eorum compreſſione, à cranii fractura ex ictu. Ab obſtructione à vaporibus craſſis, vel humore aqueo, ſeroſo, & pituitoſo vel coalitu. Ultimo, vertigo per eſſentiam oritur, ſpirituum ſive vaporum permiſtione, à cauſis evidentibus & externis agitatione. *Secundo aliunde ſurſum mittuntur*, & vertigo per *conſenſum* excitatur à vaporibus elevatis, vel à parte aliqua, vel toto corpore; à parte aliquâ, ventriculo nempe frequenter ab humore bilioſo, vel pituitoſo vel cibis corruptis, idque eò facilius, ſi vapores agitentur ab inedia, aut motu nimio: Ex hepate, liene, utero, vẽis meſaraicis, inteſtinis & vermibus in iis; à parte item externa ejuſmodi vapores quoque elevantur. Toto corpore autem & venoſo genere, vapores per conſenſum vertiginem excitant, cum vel ſine febre: cum febre, ſi coctionis ſigna præceſſerunt, hœmorrhagia nariũ ſequitur, ſin

ſin nulla, ex febris malignitate potius provenit, ſine febre, à ſanguine calido & flatuoſo in venis, præcipue poſt motum vehementem.

Vertiginis *cauſæ externæ* ſunt quæcunque humores ſubito in vapores diſſolvere, vel flatibus & ſpiritibus motum inordinatum, & circularem conciliare poſſunt; ut aeris auſtrina conſtitutio, immoderata & intempeſtiva exercitia, inedia, balneum, ira, corporis circumgyratio, aſpectus, corporum velociter motorum, rerum lucidarum, ex alto, ſonus vehemens, capitis percuſſio, & ſimilia. *Externæ.*

Aphor. 7.

Incubi cauſa eſt obſtructio poſteriorum cerebri meatuum levior, à vapore craſſo, qui vel in ipſo capite per idiopathiam gignitur, ex alimenti cerebri excremento tenui, à frigore externo repentino incraſſato & repulſo. Vel per conſenſum elevatur in ventriculo, hypochondriis, teſtibus, à pituita craſſa humore melancholico, aut ſemine; motus ac crapula, ſupino decubitu, vel *Incubi differentia & cauſa.*

Digitized by Google

aliis de cauſis, in pueris etiam à vermibus ejuſmodi vapor attollitur.

SECTIO DVODECIMA

De cauſis ſymptomatum qualitatum mutatarum.

APHOR. I.

Symptomatum qualitatum mutatarum diviſio.

EGimus hactenus de cauſis ſymptomatum actionis læſę juxta tres ejuſdem facultatem, nempe naturalem, vitalem & animalem, reſtat ut de *ſecunda ſymptomatum claſſe*, præſenti ſectione agamus, & qualitatum mutatarum, ſymptomatum cauſas explicemus, prout autem hæc ſymptomata in tres claſſes commode dividuntur, ita etiam tribus ſequentibus aphoriſmis, eorum cauſas exponemus.

Aphor. 2.

Qualitatum mutatarum quoad viſum cauſa.

Quoad viſum mutantur colores pręternaturaliter, ob humores totius corporis aut partis: *primo ratione totius corporis* icterici flaveſcunt ob bilem flavam cum ſanguine in totum corpus effuſam. Hepaticorum color quaſi plumbeus eſt ob ſanguinis aquoſitatem. In leuco-

leucophlegmatia ob pituitam corpus pallet. In carbone partes nigricant, vel cum obſcura rubedine livent, ob ſanguinem aduſtum. In Eryſipelate, pars roſeo colore rubet, ob ſanguinem tenuem & bilioſum affluentem. *Secundo ratione partis*, mutantur etiam colores; ut quando dentes denigrantur vel ex alimenti vitio, vel cum quid limoſum è vētriculo, cerebro, aut aliunde affluens, aut etiam ex cibis relictum, adhæreſcit, quod corruptum dentes denigrat, & corrumpit. Unguium color ob materiam vitioſam, ungues olentem, mutatur.

Aphor. 3.

Olfactus ſeu odores quoque mutantur, in toto corpore vel in parte: Olfactus *totius corporis* mutati cauſa eſt, crudarum humiditatum copioſarum putredo, quæ à calida & humida materia provenit. Odores mutati in corporis *aliqua parte* vel reperiuntur in *ore* ex cruditatibus in ventriculo, vel ex putredine in pulmo-

Qualitatum mutatarum quoad olfactum cauſa.

pulmonibus, dentibus, gingivis, aut palato. Vel ſecundo in *alis* ab excrementitiis humoribus, à corde, & partibus internis tanta copia tranſmiſſis, ut facile toti diſcuti non poſſint, ſed corrupti fœtorem concipiant. Vel tertio in *inguibus*, quorum fœtor à copia excrementorum, quæ ab epate & venis ad illa emunctoria mittuntur, cauſatur. *Vel quarto in naribus* quorum fœtor, ob excrementitios ibi humores putreſcentes, aut ob polypum, cancrum, vel aliud ulcus narium, oritur. Vel 5. *in auribus* quando fœtent, ob abſeſſus & ulcera auris interna, vel ob vitioſos humores è cerebro eò tranſmiſſos. Vel 6. *in pedibus*, dum fœtent, ob humiditates excrementitias, quæ ob motum ad pedes deſcendunt, ibique putreſcunt, in iis, qui temperamento ſunt calidiore, & humidiore, præcipuè crapulæ debiti.

Aphor. 4.

Qualitatum mutatarum quoad qualitates tacti[...] [...]uſa.

Reliqua ſymptomata quæ ad qualitates tactiles pertinent, & quæ pluribus ſenſibus objiciuntur, figuræ, numeri, & alia compoſitionis vitia, cum modo in morborum, modo in ſymptomatum claſſem

claſſem referantur, eorum cauſæ, ex cauſis morborum petendæ ſunt, cum ab illis non ſpecie, ſed ſecundum magis & minus, ſolùm differant.

SECTIO DECIMATERTIA

De cauſis ſymptomatum excretorum & retentorum.

APHOR. I.

Cauſarũ ſymptomatum excretorum & retentorũ diviſio.

SYmptomata excretorum & retentorum vel peccant *ſubſtantia vel qualitatibus, vel quantitate.*

Aphor. 2.

Excreta & retenta ſubſtantia peccantia.

Excreta & retenta ſubſtantia peccant primo *toto genere* quando præternaturalia ſunt & excernuntur, ut calculi vermes, de quibus in cauſis morborum. Vel ſecundo *modo præternaturali* rejiciuntur, ut excretio fœcum alvi, per os; ſanguinis menſtrui, per nares, mammas, oculos, vomitum, rejectio; quia viæ conſuetæ vel coaluerunt, vel obſtructæ, vel quocunque modo occluſæ ſunt, vel *tertio quando excreta & retenta* res naturales ſunt & *evacuari non debent*, ut ſangui-

Digitized by Google

ſanguinis effuſio quæcunque, venis & arteriis præternaturaliter apertis, ob cauſas in cauſis morborum dictas. *Sudor ſanguineus*, in ſpecie accidit ob ſanguinis tenuitatem, cutis raritatem & laxitatem ac facultatis retentricis debilitatem. *Particulæ inteſtinorum, pulmonis*, & *alia* corporis *rejectæ*, ab ulcere, putredine, aut humore acri eroſæ ſunt.

Aphor. 3.

Excretorum & retentorũ qualitatibus peccantium diviſio.

Excreta & *retenta qualitatibus* peccant vel in fœcibus alvi, & urinæ vel in ſudore, vel in ſputo, vel in ſanguine menſtruo.

Aphor. 4.

Fœcum alvi qualitatibus peccantium cauſa.

Fœces alvi ſunt vel

I. *Nimis calida*, ob bilem & calidos humores admiſtos, hepar & inteſtina calidiora, cibos calidos.

II. *Frigida* ob extinctionem caloris nativi, humores frigidos admiſtos, & cibos frigidos.

III. *Liquida & molliores*, ob cruditatem vel venarum meſaraicarum obſtructionem, vel cibos humectantes, vel defluxiones à capite ad inteſtina, vel bilis,

lis, aliorumque humorum tenuium ad inteſtina, effuſionem.

III. *Duræ* vel à calore nimio, ſive interno epatis, ſive externo quocunque, vel à ſiccitate corporis, aut inteſtinorum, vel urinam aut ſudorem copioſum, vel cibos adſtringentes, vel moram longam in inteſtinis, vel attractionem membrorum nimiam, ob alimentum in partibus deficiens.

V. *Acres* ob admiſtionem humorum acrium & ciborum talium uſum.

VI. *Fœtentes* ob ciborum fœtentium uſum, vel malam coctionem.

VII. Cùm *ſonitus* exeunt ob flatuum multorum admiſtionem.

VIII. *Colore albicant* ob bilis veſiculæ obſtructionem, vel ciborum albicantium non ſatis coctorum uſum, vel pituitam, copioſè admiſtam. *Flaveſcunt*, ob bilem flavam copioſius permiſtam, *Virent* in primis ob bilem æruginoſam; *nigricant* à cibo vel humore nigro; *rubent*, ob ſanguinis vel bilis flavæ aduſtæ admiſtionem.

Spumoſæ ſunt propter pituitam viſcidam, & flatuoſæ materiæ à capite defluxum, aut flatuum admiſtionem.

Aphor. 5.

Aphor.5.

Vrina in qualitatibus peccantis cauſa.

Urina in qualitatibus primis & ſecundis multas mutationes patitur quæ in ſequenti libro, ſub ſemiotica recenſentur.

Aphor.6.

Sudoris in qualitatibus peccantis cauſa.

Sudor ſuas in qualitatibus mutationes ab humoribus abundantibus accipit, qui, quoad *qualitates primas*, vel ſunt *calidi*, ob calidos humores; vel incaleſcentes. Aut *frigidi*, ob materiæ crudæ copiam, vel reſolutionem ſpirituum, & caloris extinctionem, vel materiæ malignitatem.

Quoad *odorem* ſudores fœtent ob humorum fœtidorum & pravorum copiam, ut in ſcabioſis, & febribus malignis.

Quoad *colores* ſudores *flaveſcunt* in ictericis, ob bilem flavam. Vel *vireſcunt* ob bilis porraceæ admiſtionem, vel *ſanguinei* fiunt ob cauſas anteadictas.

Quoad *ſapores* ſudores ſalſi, plerumque ſunt ex ſeroſo & ſalſo corporis excremento. *Amari* ob bilis admiſtionem. *Acidi* ob humores acidos.

Aphor.7.

Aphor. 7.

Sputum craſſius eſt, ſi diutius in ore detineatur, aut materia craſſa à capite deſtillet, vel à calore incraſſetur. *Spumoſum* fit ob ſpiritus & aeris multi permiſtionem. Ratione *ſaporis* eſt vel ſalſum, amarum, acidum mutuatur ab humoribus præcipuè in ventriculo hærentibus. *Colores* ab humoribus in viſceribus, & hinc exeuntibus vaporibus accipit, *album* à pituita, *rubrum* à ſanguine, *flavum* à bile, *nigrum* à melancholia, aut craſſo ſanguine reſiccato, *viridem* à bile æruginoſa. Sputum *fœtet* ab interna putredine, & præcipuè ex ulcere pulmonum.

Sputi in qualitatibus peccantis cauſa.

Aphor. 8.

Sanguis menſtruus excernitur albus, flavus, ater vel alio vitioſo colore, aut fœtet aut nimis aquoſus eſt, ob humores ſimiles in corpore, aut circa uterum cumulatos, qui per hanc viam effluunt.

Sanguinis menſtrui in qualitatibus peccantis cauſa.

Aphor. 9.

Recenſuimus hactenus cauſas ſymptomatum excretorum & retentorum

Cauſa ſymptomatum

in

excretorum & retentorũ quantitate peccantiũ.

in ſubſtantia & qualitatibus peccantium reſtat ut agamus de iis in *quantitate*.

Excernuntur autem *excrementa alvi* vel pauciora ob cauſas contrarias, vel copioſiora ob cibos humidiores, vel excrementitios, ob chyli malam diſtributionem, aut excrementorum ab aliis partibus ad inteſtina affluxum.

Urina quantitati potus, interdum majori, interdum minori copiâ reſpondet, ob varias cauſas.

Sudoris copioſi cauſa, eſt corporis raritas, virtutis expultricis robur, excrementorum abundantia vel tenuitas: paucioris autem cauſa eſt, excrementi paucitas, vel ejus craſſities, vel meatuum anguſtia, vel virtutis debilitas, vel caloris vehementia, qui materiam abſumit.

Menſium copioſius vel parcius fluentium cauſæ, in cauſis morborum enumeratæ ſunt.

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIUS

Aphoriſmorum ſupra inſtitutiones Sennerti, tractans tertiam Medicinæ partem, nempe *Semioticam*, ſeu ſigna morborum & ſanitatis, corporiſque conſtitutionis, & complexionis.

SECTIO PRIMA

De diviſione hujus libri in ſuas ſectiones, ſeu *ſemioticæ prolegomena.*

APHOR. I.

IN *Semiotica* ſpectantur duæ partes, ſignorum nempè fontes & differentiæ: *fontes* ſignorum ſumuntur vel 1. *ab ipſa rei eſſentia*, ſeu eſſentialiter inhærentibus, ſive res illa ſit morbus, ſive cauſa, ſive ſymptoma. 2. *Ab effectibus*, id eſt omnibus, quæ ſanitatem, morbum, & cauſas morborum inſequuntur, accidentibus, ſive ſint actiones, ſive excre- *Semioticæ diviſio generalis in fontes & differentias. Fontes ſignorum.*

Digitized by Google

excreta, & retenta, ſive qualitates. 3. *A cauſis quibuscunque.* Quo pertinet & habilitas, & diſpoſitio corporis, & hinc facilis, vel difficilis, in hunc vel illum morbum lapſus. Item juvantia & nocentia. Si enim aliquid juvat, contrariam morbo naturam ineſſe, indicio eſt. 4. *Similia & diſſimilia* nonnulli addunt; item, communiter vagantia mala.

Aphor. 2.

Differentiæ ſignorum in genere.

Juxta differentias ſigna conſiderantur vel in genere vel in ſpecie: *in genere* ſunt vel 1. *ſalubria, inſalubria, neutra,* quæ ſanitatem, inſalubritatem, vel neutram diſpoſitionem oſtendunt. 2. *Diagnoſtica* præſentium; *Prognoſtica* futurorum; *Anamniſtica* præteritorum morborum ſigna indicant. 3. Signa ſunt vel *communia* vel *propria* quæ triplicia, vel propria, vel inſeparabilia, vel propria & inſeparabilia ſimul ſunt. 4. *Pathognomonica, aſſidentia, & ſupervenientia* triplicia ſunt; coctionis & cruditatis; ſalutis & mortis, decretoria, quæ morbi ſolutionem pronunciant.

Aphor. 3.

In ſpecie.

Signa juxta differentias *in ſpecie* ſunt vel

vel *Diagnoſtica corporis* vel *prognoſtica per quæ futura in ægro prædicimus*, *de quibus hujus libri Sectione* 7. &c.

Diagnoſtica verò per quæ præſentia in corpore ſcimus, ſunt triplicia, corporis nempè ſani ſeu temperati; neutri; & ægri. De ſingulis hâc ſectione aliquid in genere, in ſequentibus verò ſectionibus in ſpecie dicemus. *Signa diagnoſtica eorumque diviſio & conſideratio generalis.*

Aphor. 4.

Corpus ſanum ſeu temperatum norma eſt reliquorum omnium & cogitatione potius quàm re ipſa exiſtit. De hoc in ſequenti ſectione dicemus plura. *Diagnoſtica corporis ſani in genere.*

Aphor. 5.

Diagnoſtica *corporis neutri* conſiſtunt in *compoſitione & unitate* deinde in *Temperie* partium ſingularum, ut cerebri, cordis, hepatis, teſtium, ventriculi, pulmonis, vel totius corporis ſimplici, ut ſigna calidi, frigidi, humidi, ſicci, vel compoſita ut calidi & humidi; frigidi & humidi; calidi & ſicci; frigidi & ſicci. De his plura in ſpecie vide Sectione 2. *Diagnoſtica corporis neutri in genere.*

Aphor. 6.

Diagnoſtica corporis ægri, in genere, eorumq; diviſio.

Diagnoſtica corporis *ægri* ſumuntu vel à cauſis vel morbis vel locis affecti vel ſymptomatibus vel *fontibus ſigno rum, cauſarum & morborum* ut urin de qua vide ſpecialia Sectione 5. vel pul ſu (de quo Sectione 6.) vel lingua in fe bribus.

Aphor. 7.

Diagnoſtica corporis ægri in genere, deſumpta à cauſis.

Diagnoſtica corporis ægri quæ *cauſis* ſumuntur conſiderantur vel in ge nere vel in ſpecie: *In ſpecie* ſigna ſun abundantis ſanguinis, pituitæ, bilis, me lancholiæ, atræ bilis, ſeroſi humoris veneni, flatuum. De quibus plura & ſpecialia vide Sectione 3.

In genere.

In genere verò hoc loco acturi erimu de ſignis diagnoſticis corporis ægri, e cauſis promanantibus quarum ſign ſunt vel propria vel communia.

Propria ſigna ſunt humorum & co gnoſcuntur 1. *ex ſapore*. Sanguis eni ſapore eſt dulci; pituita aquoſa, inſip do; bilis, amaro; pituita ſalſa, ſalſo; m lancholia & pituita acida, acido; m lancholia aduſta, pontico: 2. *ratione c loris* ſanguis eſt rubeus, ut & bilis rub

pitui

pituita, album: bilis pallida, pallidum: lava flavum: porracea porraceum: æruginoſa æruginoſum: melancholia nirum ſplendidum habet colorem. Et um unus color duobus humoribus ompetat, ex ſapore & colore conjun:tis eum cognoſcere poſſumus. 3. *Ex otu* ſumuntur quoque ſigna. Singulis nim diebus, & noctu movetur pituita ternis, & circa meridiem bilis: quarto uoque die, & circa veſperam, melanolia ſi talis motus abſit, ſanguis pect. Morbi item tarditas & velocitas huores indicat. Velox enim morbus à nui, calido, bilioſo humore dependet: rdus, à lento & craſſo. *Communia ſigna* quuntur propria: communia autem per ſyndromen collecta dependent cauſis ſeu antecedentibus; vel conſeentibus ſeu ſymptomatibus: *cauſæ t vel externæ* & evidentes, ut res non turales, vel corporis diſpoſitiones æ ad quatuor capita rediguntur 1. heditaria corporis diſpoſitio. 2. Æ. 3. corporis conſtitutio. 4. interſſa evacuatio, quæ humoris illius, is evacuandi, abundantiam oſtendit.

Hactenus cauſæ ſeu antecedentia; ſequuntur *conſequentia* ſeu ſymptomata, quæ ſunt vel actiones læſæ, vel qualitates mutatæ, vel excreta & retenta. Item, morbi ab humoribus orti, juvantia, & lædentia.

Aphor. 8.

Diagnoſtica corporis ægri in genere deſumpta à morbis.

Signa diagnoſtica corporis ægri deſumpta *à morbis* oſtendunt morbi ſpeciem, magnitudinem, & morem. 1. *Speciem* oſtendunt ab *eſſentialiter inhærentibus*, in externis facilè & per ſe: in internis per alia cognoſcitur. *A cauſis efficientibus*, ſi nempè aliqua adſit vel precesſerit, morbi, quem efficere poteſt, indicium eſt, & ſi de morbi natura dubitetur, res non naturales perpendendæ ſunt. *A corporis diſpoſitionibus* quæ pendent ab ætate, ſexu, vitæ genere, victus ratione, item attendenda ſunt juvantia & lædentia. Si enim calida juvant, & frigida nocent, morbus eſt frigidus. Eadem eſt ratio aliarum intemperierum. Denique *ab effectibus* cognoſcitur morbi ſpecies, *actio* enim *læſa* partis, à quâ fit, morbum ſignificat, abolita intemperiem frigidam majorem. Imminuta, intem-

Digitized by Google

temperiem frigidam minorem. De-
avata intemperiem calidam. Actiones
u ablatæ, obſtructionem à craſſa &
gida materia, vel intemperiem frigi-
m. Actio ſi ſubitò tollatur & reſtitua-
r, morbum organicum denotat. *Ex-
eta* quoque ſpeciem morbi indicant,
mis enim colorata & ſicca; calidum:
ſcida craſſa & alba, frigidum mor-
ım denotant. Concludunt *qualitates
utatæ*: mollities intemperiem humi-
.m; color albus frigidam; rubicundus
lidam denotat.

2. *Magnitudinem* morbi, cauſa-
m magnitudo, propria morbi natu-
, quo & partis affectæ dignitas & ſym-
omatum vehementia referenda, indi-
nt; item ſi juvantia exquiſitè adhibita
hil juvent.

3. *Morem* morbi malignum eſſe
uſæ venenatæ prægreſſæ, item morbi
ſius natura & effecta, teſtes ſunt. Acu-
ıs morbi mos eſt, quando morbus ce-
riter movetur & mox gravida ſympto-
ıata habet.

Hactenus cauſæ ſeu antecedentia; ſequuntur *conſequentia* ſeu ſymptomata, quæ ſunt vel actiones læſæ, vel qualitates mutatæ, vel excreta & retenta. Item, morbi ab humoribus orti, juvantia, & lædentia.

Aphor.8.

Diagnoſtica corporis ægri in genere deſumpta à morbis.

Signa diagnoſtica corporis ægri deſumpta *à morbis* oſtendunt morbi ſpeciem, magnitudinem, & morem. 1. *Speciem* oſtendunt ab *eſſentialiter inhærentibus*, in externis facilè & per ſe: in internis per alia cognoſcitur. *A cauſis efficientibus*, ſi nempè aliqua adſit vel præceſſerit, morbi, quem efficere poteſt, indicium eſt, & ſi de morbi natura dubitetur, res non naturales perpendendæ ſunt. *A corporis diſpoſitionibus* quæ pendent ab ætate, ſexu, vitæ genere, victus ratione, item attendenda ſunt juvantia & lædentia. Si enim calida juvant, & frigida nocent, morbus eſt frigidus. Eadem eſt ratio aliarum intemperierum. Denique *ab effectibus* cognoſcitur morbi ſpecies, *actio* enim *læſa* partis, à quâ fit, morbum ſignificat, abolita intemperiem frigidam majorem. Imminuta,

intem-

Digitized by Google

intemperiem frigidam minorem. Depravata intemperiem calidam. Actiones diu ablatæ, obſtructionem à craſſa & frigida materia, vel intemperiem frigidam. Actio ſi ſubitò tollatur & reſtituatur, morbum organicum denotat. *Excreta* quoque ſpeciem morbi indicant, nimis enim colorata & ſicca; calidum: viſcida craſſa & alba, frigidum morbum denotant. Concludunt *qualitates mutatæ*: mollities intemperiem humidam; color albus frigidam; rubicundus calidam denotat.

2. *Magnitudinem* morbi, cauſarum magnitudo, propria morbi natura, quo & partis affectæ dignitas & ſymptomatum vehementia referenda, indicant; item ſi juvantia exquiſitè adhibita nihil juvent.

3. *Morem* morbi malignum eſſe cauſæ venenatæ prægreſſæ, item morbi ipſius natura & effecta, teſtes ſunt. Acutus morbi mos eſt, quando morbus celeriter movetur & mox gravida ſymptomata habet.

Aphor

Digitized by Google

Aphor.9.

Diagnoſtica corporis ægri deſumpta à locis affectis.

Signa diagnoſtica corporis ægri *ex locis affectis* quoque ſumuntur; *externa* ſenſibus obvia ſunt, & proinde manifeſta. *Interna* in genere ex cauſis eſſentialiter inhærentibus & ſymptomatibus; in ſpecie verò ex cauſis affecti cerebri, cordis, hepatis, thoracis, tracheæ, ſumuntur. De quibus ſpecialia vide Sectione 4.

Aphor.10.

Diagnoſtica corporis ægri deſumpta in genere ex ſymptomatibus.

Symptomata cognoſcuntur in genere & ſpecie: *in genere* ex cauſis & effectibus, quæ ſunt vel morbi, vel cauſæ, vel ſymptomata. *In ſpecie* trium facultatum, qualitatis mutatæ, & excretorum. Specialia de his vide in Sect.4. hujus libri.

SECTIO SECVNDA

Tractans in ſpecie ſigna diagnoſtica corporis ſani, & neutrius.

APHOR. I.

Signa diagnoſtica in ſpecie eorumq; diviſio.

EGimus hactenus de ſignis præſertim diagnoſticis eorumque diviſione in genere, reſtat ut *in ſpecie* juxta triplicem

plicem diviſionem in ſequentibus ſectionibus agamus: hâc ſectione ſigna diagnoſtica corporis ſani & neutrius comprehendimus.

Signa diagnoſtica corporis ſani ſeu temperati ſunt, quod ſit norma reliquorum omnium, in ſimilaribus temperatiſſimum, in diſſimilaribus optimè conformatum, in omnibus actionibus, naturalibus, vitalibus & animalibus, expeditiſſimum, externis injuriis minimè obnoxium, & in qualitatibus, & excretis modum convenientem ac decorum obſervet. Verum ut plauſibilis hæc eſt deſcriptio corporis ſani, ita juxta eam quod nullum invenies corpus, miſerabilis eſt conditio, quam nobis primorum noſtrorum parentum lapſus, tanquam inſignem nævum impreſſit: ſolum enim Adamum ante lapſum ſic corpore ſanum fuiſſe, ut & Evam credimus, poſt lapſum verò non item. *Diagnoſtica corporis ſani ſeu temperati in ſpecie.*

Aphor. 2.

Signa diagnoſtica *corporis neutrius* in ſpecie ſumuntur ex temperie totius corporis, & partium principum, quarum diſcraſiæ, maximam temperierum inæqualitatem faciunt. *Signorũ diagnoſticorum corporis neutrius diviſio in ſpecie.*

Digitized by Google

Aphor. 3.

Signa diagnoſtica totius corporis.

Signa diagnoſtica corporis neutrius in Temperie ratione totius corporis ſumuntur ex temperamento 1. *calido, in humiditate & ſiccitate temperato*, tale eſt ad tactum, pilis abundant in toto corpore flavis, & craſſioribus, gracilius, ad motum alacrius, ad iram proni, faciei color rubicundus, à cauſis calidis facilè læduntur.

2. *Frigido*; corpus tale eſt ad tactum album, pingue, ſegne, glabrum, frigidis facilè læditur, thorax anguſtus, venæque vix apparentes, pili ſunt albi, tenues animo ſunt timidi.

3. *Calido & humido ſeu ſanguineo*; corpus habent calidum, & molle, multo ſanguine abundans, talis venis præditum, carnoſum, & in juventute hæmorrhagiam narium patiuntur, & ſi humiditas nonnihil excedat, ad morbos ex putredine ortos proni ſunt.

4. *Calido & ſicco ſeu bilioſo*: corpus habent calidum, durum, & macilentum, pilis nigris & criſpis obſitum, pulſus eſt magnus, & venæ magnæ, ſunt iracundi, rixantes, pauca appetunt,

tunt, maſculos ut plurimum generant.

5. *Frigido & humido*; *Mediocriter*; corpus habent colore album, pingue, craſſum, molle, pilis ruffis, ad pallorem vergentibus. *Intensè*, corpus erit craſſum, colore lividum, valdè glabrum, capillus planus venæ deliteſcentes, hoc præditi ſunt ignavi, ingenio tardi, ſimplices, & ad iram minimè proni.

6. *Frigido & ſicco*; corpus tale habent ad tactum, macilentum, glabrum, pallidum, inceſſu ſunt tardi, vultu demiſſo, & oculis conſtantibus, timidi, ſed conſtantes, & ingenio ſagaci.

Notandum Aſtrologos differentias corporum, ſecundum planetarum numerum conſtituere, & alios *Saturninos, Joviales, Martiales, Solares, Venereos, Mercuriales, Lunares alios vocare.*

Aphor. 4.

Signa diagnoſtica partium Temperiei in corpore neutro, eorumq; diviſio.

Signa diagnoſtica corporis neutrius in Temperie *ratione partium* principum ſumuntur vel ex cerebri, vel cordis, hepatis, teſtium, ventriculi, pulmonis, tracheæ temperie.

Aphor. 5.

Signa Temporiri cerebri.

Signa ratione cerebri ſumuntur vel ex Temperie vel ex conformatione capitis; *Temperies cerebri* eſt vel ſimplex vel compoſita.

Cerebri temperies ſimplex.

Simplex eſt vel 1. *temperata* quæ actiones animales omnes bene edit, externis injuriis facilè reſiſtit, excrementa moderata ſunt, & per loca convenientia, inprimis palatum excernuntur, ſomnus eſt moderatus. Pili in pueris ſunt ſubflavi, Adultis flavi, figura media inter criſpos & rectos, nec facilè per calvitiom decidentes. *Vel* 2. *salida* quæ mutabiles reddit, in opinionibus, celeres in motu, & acutos ſenſibus, ſomno utentes brevi, & non admodum profundo: excrementa capitis ſunt pauca & concocta, modo in diæta nullus error committatur, à calidis facilè læduntur, facies eſt rubicundior, venæque in oculis manifeſtæ, capilli ſunt denſi, criſpi, & nigricantes, qui citius naſcuntur, & citius decidunt. 3. *Vel frigida*, quæ ſenſus reddit tardiores & obtuſos, corporis motus eâ præditis minus alacris

medio

mediocriter ſomnolenti ſunt, excrementis cerebri abundant, frigidis externis facilè læduntur, quæ circa caput ſunt, nec tangentibus calidiora, nec intuentibus rubra apparent, venæ in oculis non ita ſunt conſpicuæ, capilli ſunt recti, & mediâ ætate ruffi, tardius gignuntur, ſed ſtabiles ſunt, tenues primò ſed procedente ætate fiunt robuſtiores. *Vel* 4. *humida*, quæ ſenſus ſuppeditat obtuſiores, excrementa copioſa, capillos ſimplices, molles, albicantes, & durabiles, ea præditi ſomnolenti ſunt, & humidis læduntur. *Vel* 5. *ſicca*, quæ ſenſus acres, & ſubtiles, vigilantiores reddit, excrementa habentes pauca, capillos robuſtiſſimos, frequenter criſpos qui citò naſcuntur & decidunt, à ſiccantibus læduntur.

Compoſita temperies cerebri eſt vel 1. *calida & ſicca*, quæ reddit ingenioſos ſenſibus exquiſitiſſimis, mobiliores ferè, vigilantiſſimos, excrementa cerebri pauciſſima. Tangentibus caput eſt calidum, & facies uſque ad ætatē conſiſtentem rubicunda, hinc deficiente calore, pallida. Aere, & aliis calidis & ſiccis *Temperies cerebri compoſita.*

 læduntur-

læduntur. 2. *vel calida & humida mediocriter*, quæ capitis colorem candidum, rubore perfuſum, excrementa plura, venas in oculis magnas, capillos rectos, ſubflavos, nec facilè decidentes; à calidis facilè læſos, præcipuè ſimul, humidis, habet. *Intensè*, ſenſus non ſunt admodum acres excrementa plura, unde variis morbis caput obnoxium eſt; ſomnus longior, non tamen continuus, ſomnia varia, nec clara. *Vel 3. frigida & ſicca*, quæ præcoces ingenio, reddit, quod procedente ætate remittit, qua præditi ante tempus ſeneſcunt, ac moriuntur, imprimis, ſi cordis & hepatis intemperies conſentiat: ſanitate fruuntur inſtabili, & à cauſis frigidis externis facilè læduntur; caput tangentibus frigidum eſt, facies non boni coloris, niſi cordis & hepatis temperies ſit calida, venæ in oculis non apparent, capilli tardè creſcunt, & exiles, & ſi ſiccitas excedat, calveſcunt. *Vel 4. frigida & humida*, quæ ingenio tardos & hebetes, hâc præditi, ſenſus minus acres habent, multa excrementa, graviter & multum dormiunt, frigidis & humidis facilè læduntur,

Digitized by Google

duntur, catarrhis obnoxii ſunt capillos habent longos ac molles, & à pueritia albeſcentes, non calveſcunt.

Aphor. 6.

Hactenus recenſita eſt temperies cerebri ſimplex & compoſita cum ſuis ſignis, ſequitur conformatio *capitis* cujus ſigna diagnoſtica magnitudine & figura diſcernuntur:

Signa diagnoſtica ex capitis conformatione.

Caput magnitudinis ergò eſt vel parvum vel magnum: *parvum*, ſi corpus aliàs magnum, malum indicium eſt, præcipuè cum figura vitioſa. Cerebri enim paucitatem & plerunque ejus ſiccitatẽ arguit; unde qui tale caput habent, ſunt ſtabiles & multa inconſideratè agunt. *Caput magnum*, cum figurâ concinnâ, & annatis partibus reſpondente, benè conſtitutum cerebrum ſignificat. Si autem iſta defuerit materiæ tantùm copiam; virtutem verò imbecillam, indicat unde tales plerunque ſtolidi & indociles ſunt.

Signa ex magnitudine capitis.

Figuræ ergò caput vel *naturali ſphæræ* aſſimilatur ad latera; utrinque leniter compreſſæ, ita, ut compreſſio illa verſus anteriora porrigatur, & quæ eam habent,

Signa ex figura capitis.

bent,

bent, pollent, ingenio, judicio, memoriâ & robore corporis, *vel à forma* ſphęræ naturalis deflectunt & capita φοξὰ dicuntur quorum *ſinciput* ſi eminentius eſt cum occipite non planè evaneſcente, ſi figura bona ſenſusque omnes ſe bene habeant ſignum eſt materiæ utilis, & bonum. Si cum figura deformi & ſenſus ſint debiles, formatricem imbecillem ſignificat. Depreſſum quibus nimis eſt ſinciput, ii ſenſus omnes imbecillos & ſtupidos habent, memoria tamen & robore corporis non rarò valent. Quibus *occiput* prominet cum figura concinna, ſignum eſt multum bonæ materiæ adfuiſſe: cum deformitate in collo gracili ac prælongo, materiæ tantùm inutilis copiam, formatricis verò debilitatem ſignificat, Quibus vero deeſt, ii ſenſus omnes habent integros, ſed memoriâ & robore corporis deſtituuntur. *Acuminato capite* ſeu ὀξυκέφαλοι, ad omnes actiones animales inepti, & debiles ſunt, propter cerebri anguſtiam. *Ad latera caput extuberat*, & materiæ ineptæ, & formatricis imbecillis ſignũ eſt. *Alterâ eminentiâ deficiente*, reliqua ad-

admodum faſtigiata ii imprudentiſſimi ſunt, petulantiſſimi, fraudulenti & aliis vitiis turpiſſimi.

Aphor. 7.

Signa diagnoſtica temperamenti cerebri & capitis ſequuntur *cordis* temperiei ſigna, cordis autem temperies cognoſcitur ex actionibus cordis triplicibus, nempè motu ejus, pulſu arteriarum & θυμικαῖς item ex reſpiratione, in his obſervantur temperies ſimplices & cōpoſitæ.

Signa diagnoſtica tēperiei cordis.

Ratione *ſimplicis temperiei* in prædictis tribus cordis actionibus aliqui reperiuntur temperati, alii calidi, alii frigidi, alii ſicci, alii humidi: qui *cordis temperati* ſunt. Tum in motu ejus arteriarum pulſu & reſpiratione mediocritas obſervatur, optimis moribus ſunt præditi, humani, liberales, candidi, abſque faſtu, benigni, temperantes, in conſiliis maturi, & bonorum ſtudioſi. Qui *cordis calidi* ſunt, iis totum corpus calidum eſt: motus cordis, pulſus & reſpiratio, ob uſum urgentem in magnitudine, celeritate & frequentia, medio-

Signa cordis temperiei ſimplicis.

mediocritatem excedunt, ſunt animoſi, ad ſuſcipienda negocia alacres, & in periculis ſubeundis audaces, hirſutum & hiſpidum habent pectus; thorax reſpectu capitis eſt magnus. Quibus *cor frigidum* eſt, tum totum corpus minus eſt calidum; niſi epar ſit calidius; motus cordis, pulſus & reſpiratio non ita magna; interdum etiam parva & tarda, ſi major receſſus ſit ad frigiditatem, ad irã ſunt lenti, timidi, diffidentes, ſegnes, cunctatores, effœminati, & gloriæ contemptores, pectus pilis nudum eſt, thoraxque reſpectu capitis parvus. Quibus *cor ſiccum* eſt, pulſum habent durum, ad iram minus prompti, ſed concitati ſunt implacabiles, pertinaces, avari, corpus univerſum eſt ſiccius, niſi epar humidius ſiccitatem corrigat. Qui *cordis humidi* ſunt pulſum habent mollem, ad iram proclives, ſed facilè placantur.

Compoſita. Ratione *compoſitæ temperiei*, qui corde calido & ſicco ſunt, pulſus duros magnos veloces frequentes, reſpirationem magnam velocem frequentem habent ad actiones ſuſcipiendas ſunt prompti, animoſi & audaces, ad iram propenſi & impla-

implacabiles, invidi, ſuperbi, & ſi ma 119 exceſſus, feroces, crudeles, nulliq; parcentes, totum corpus calidum & ſiccum, niſi epatis temperies obſtet, thorax latus & amplus. Quibus eſt *cor calidum & humidum*, iis ſunt pulſus molles, magni, celeres & frequentes, pulſuique reſpiratio reſpondet, modò calori cordis amplitudo thoracis reſpondeat. Ad actiones ſunt prompti, & induſtrii, ad iram proni, ſed placabiles &, ſi humiditas non multum excedat, ad vitam longam temperies hæc accommodatiſſima: ſi verò ea multum ſuperet calorem, putredo excitatur, & febres putridæ. Qui habent *cor frigidum & humidum*, iis pulſus ſunt molles, parvi, tardi, ſunt meticuloſi diffidentes, effæminati, ſegnes, ad iram non prompti, & placabiles, verecundi, in rebus adverſis deſperantes; Pectus pilis nudum eſt. Qui *cordis frigidi & ſicci* ſunt, pulſus habent duros, parvos, tardos raros, ut & reſpirationem, ſi pectus ſit amplius: ad iram minimè propenſi, ad eam verò coacti diutius eam retinent, ſunt avari & pilis omnium maximè nudi in pectore.

Aphor. 8.

Signa diagnoſtica tẽperiei hepatis ſimplicis.

Epatis temperies eſt vel ſimplex vel compoſita.

Ratione *temperiei ſimplicis* qui *epatis temperati* ſunt, iis totius corporis habitus eſt medius color roſeus, urina optima, & reliqua corporis temperati ſigna pleraque apparent. Quibus *epar calidum* eſt, illorum ſanguis eſt calidior, ſeu bilioſus, & conſiſtente ætate fit melancholicus, venæ amplę & latæ, univerſum corpus calidius, venter & hypochondria hirſuta, ad voluptates præcipuè ex cibo & potu feruntur, calida nocent, frigida juvãt alvus eſt ſiccior, calidis morbis obnoxii ſunt. Qui *epatis frigidi* ſunt, iis venæ ſunt anguſtæ, ſanguis & totum corpus frigidius, niſi cordis caliditas obſtiterit, venter glaber. Qui *epar ſiccum* habent, iis eſt ſanguis paucus & craſſus, venæ duræ, totius corporis habitus gracilis. Quibus *epar humidum* eſt, illis eſt ſanguis abundans, iſq; tenuis & dilutus, & totum corpus humidius.

Compoſita.

Ratione *compoſitæ temperiei*, qui *epate calido & ſicco* præditi ſunt, venas amplas & duras habent, ſanguinemq; calidiorem,

diorem, craſſiorem & ſicciorem, hypochondria valde hirſuta, totum corpus calidius & ſiccius. Quibus *epar calidum & humidum* eſt, iis eſt ſanguis copioſior, & conſiſtentiæ mediocris, venæ ſunt magnæ, latæ & molles, totusq; habitus humidior & mollior, hypochondria ſatis hirſuta, & ſi utraq; qualitas valdè excedat, in multos morbos è putredine ortos incidunt. Qui *epatis frigidi & humidi* ſunt, iis ſanguis eſt pituitoſus & crudior, venæ anguſtæ, totum corpus, niſi cor obſtiterit, frigidius & humidius, hypochondria glabra; Quibus *epar frigidum & ſiccum eſt*, ii ſanguinem habent paucum, pilorum copiam minorem, totum corpus frigidius & ſiccius, niſi cor frigiditatem epatis emendet.

Aphor. 9.

Teſtium temperies eſt vel ſimplex vel compoſita; Ratione *temperiei ſimplicis* qui *teſtibus temperatis* præditi ſunt, ii ſunt fæcundiſſimi. Qui teſtes habent *calidos* ii ſunt ſalaces, & quidem maturè fæcundi, & maſculos generāt, partes genitales celeriter pilis inveſtiūtur, citò etiā barbā emittūt. Quib. *teſtes* sūt *frigidi*, ii in

Signa diagnoſtica tēperiei teſtium ſimplicis.

ii in venerem prompti non ſunt, nec fæcundi, & potius fœminas generant, parteſq; genitales glabras habent, & tardè vel nunquam barbam emittunt; qui *teſtibus humidis* prædi ti ſunt, multo abundant ſemine, ſed aquoſo, barbam habent amplam. Qui *teſtium* ſunt *ſiccorum*, parum ſeminis generant, idq; mediocriter craſſum barbam habent parvam.

Compoſita. Ratione *compoſitæ temperiei* quibus *teſtes calidi & ſicci* ſunt, ii craſſum ſemẽ generant, idq; fæcundum, ad venerem maturè ſtimulantur, à qua tamen facilè læduntur, maſculos generant, pili in genitalibus ad umbiculum, & media femora celeriter & copioſè erumpunt. Qui *teſtes* habent *calidos & humidos*, ſemine magis abundant; moderatè venerem affectant, eamq; facilè ferunt, ſi reliqui corporis conſtitutio conſentiat; tam maſculos quam feminas generant, & minus circa partes genitales hirſuti ſunt. Quibus *teſtes frigidi & humidi ſunt*; tardè venere uti incipiunt; nec ad eam proni, & infæcundi ſunt, ſemen tenue & aquoſum, & ſi fæcundum, fæminas potius generant. Qui *teſtes frigidos & ſiccos* habent, iis eſt ſemen craſſum &

pau-

paucum & magis à concubitu læduntur quam frigidi & humidi.

Aphor. 10.

Ventriculi temperie qui præditi ſunt, in omnibus ſe mediocriter habent tantum, quantum concoquere poſſunt, appetunt, & quidem benè coquunt, neq; cibos molles & coctu faciles corrumpunt, neq; duros crudos relinquunt, neque à cibis oblatis facilè læduntur. Quibus *ventriculus calidus* eſt, ii melius quã appetunt concoquunt, coctu difficiles cibos felicius concoquunt, molles verò corrumpunt & cruditatem nidoroſam pariunt, delectantur cibo & potu potentia calido, à frigidorum tamen uſu modico non læduntur ſed ab ulteriori ad caliditatem lapſu præſervantur, ſitis major eſt quàm cibi appetitus. Qui *ventriculi ſunt frigidi*, avidius appetunt quàm concoquere poſſunt, & coctu difficiles cibos inprimis non benè coquuntur, ſed aceſcunt, & poſt cibum copioſius aſſumptum gravitatis ſenſus circa vẽtriculũ percipitur, & fluctuatio, nauſea etiã & quandoq; vomitus. Quib. *ventriculus humidus* eſt, ii non multum

Signa diagnoſticatemperiei ventriculi.

ſitiunt

ſitiunt, largiore potu non facilè læduntur, delectantur cibis humidis, & famē facilè tolerant. Qui *ventriculum habent ſiccum* facilè ſitiunt, niſi ſitis oriatur à mēbro aliquo vicino, à potu copioſiore læduntur, cibos ſiccos appetunt.

Aphor. II.

Signa diagnoſtica tēperiei pulmonū

Qui in temperie Pulmonis *calidi* ſunt, in ſpirando pectus valdè dilatant, ſiticuloſi ſunt, & ſitis non niſi longiore tempore & frigidis ſedatur. Quibus *pulmo frigidus* eſt, à frigidi aeris inſpiratione maximè ii offenduntur, reſpiratio eſt parva, nec ſitis urget, plura cumulantur excrementa, quæ nunc per tuſſim, nunc per ſimplicem ſcreationem rejiciuntur. Qui *pulmonem* habent *ſiccum*, iis excrementa non ſunt multa, & proinde nec tuſſi, nec multo ſcreatu ad ea rejicienda opus eſt. Quibus *pulmo humidus* eſt, plura excrementa cumulant & propterea inrer perorandum ſæpius exſcreare neceſſe habent.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 12.

De *trachea* & pulmonis *temperie* vox teſtatur, quæ ſi *magna* eſt, tracheæ amplitudinem & afflationis vehementiam, unde tracheæ robur & pulmones calidos, ſignificat, non quidem per ſe, ſed ſecundariò. *Parva* contrarium arguit. Si *lenis* eſt temperatam tracheæ conſtitutionem in qualitatibus primis. *Aſpera* cum claritate, ſiccitatem tracheę arguit. Si *Acuta*, laryngis anguſtiam, & hinc frigiditatem tracheæ. *Gravis* laryngis amplitudinem arguit.

Signa diagnoſtica tẽperiei tracheæ.

Aphor. 13.

Reliquæ partes naturam principum ferè ſequuntur: ſigna tamen earum petuntur ex duobus fontibus: 1. à juvantibus & lædentibus. 2. ex actionum naturalium virtute vel vitio.

Signa diagnoſtica reliquarum partium.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

Exhibens in ſpecie ſigna diagnóſtica corporis ægri ex cauſis.

APHOR. I.

Signorũ diagnoſticorum corporis ægri in ſpecie diviſio.

Egimus hactenus de ſignis præſentibus corporis ſani & neutrius, reſtat ut agamus de ſignis diagnóſticis *corporis ægri in ſpecie* cum ſectione 1. ſub Aphor. 6. ea in genere conſideraverimus. Diximus autem loco citato ſigna hæc deſumi, a cauſis, à locis affectis, à ſymptomatibus, ex urina & pulſu, quare juxta hunc ordinem ſingùla ſigna diagnoſtica in ſequentibus exponemus, hâc verò ſectione ſigna diagnoſtica cauſarum in ſpecie explicabimus cum Sect. 1. ſub Aphor. 7. eorum in genere mentionem fecerimus.

Aphor. 2.

Signorũ diagnoſticorum

Signa diagnóſtica corporis ægri in ſpecie ſumuntur à *cauſis* & quidem abundantis *ſanguinis ſeu plethoræ: Pituita*

Bilis

Bilis: Melancholia: Atræbilis: ſeroſi humoris: flatuum: veneni: humorum, malignorum. De ſingulis his cauſis hâc ſectione, verba faciemus.

corporis ægri à cauſis deſumptorum diviſio in ſpecie.

Aphor. 3.

Signa corporis ægri deſumpta à cauſis & quidem abundantis *ſanguinis ſeu Plethoræ*, reſpiciunt vaſa & vires.

Sanguinis ſeu plethoræ ſigna diagnoſtica.

Quod *plethora ad vaſa* tetenderit cognoſcitur ab antecedentibus & conſequentibus: 1. *Ab antecedentibus* cauſis nempè externis ſeu evidentibus ſanguinem copioſum generantibus prægreſſis; & corporis diſpoſitionibus, cum nempe ejus habitus carnoſus, firmus, halituoſo vapore perfuſus eſt, venæ ſunt editiores, & præcipuè ab æſtu turgent, muſculi diſtenduntur, virium robur cũ ſanguine proportione quadam incrementum ſumit. 2. *Ex conſequentibus* ſymptomatibus nempè juvantibus & lædentibus ſigna ſumuntur: ſymptomata ut ſunt vel facultatis vel excretorum vel qualitatum, ita juxta has tres claſſes ſigna præbent in *facultate animali*, di-

ſcurſus & memoria hebetiora, ſomnus profundus, & diuturnior, blandus, cum jucundis inſomniis, de rebus rubris, & ſanguine, tibiarum laſſitudo, ſingula hæç plethoram ad vaſa tendere indicant, ut & in *facultate vitali* pulſus magnus & fortis, reſpiratio ex labore difficilior, mores hilares & jucundi; item indicant in *facultate naturali* omnes actiones, quæ tum optimè perficiuntur.

Excreta plethoram ad vaſa tendere indicant, quando urina eſt copioſior colore & ſubſtantia mediocris, contentumque in ea paulum copioſius. Hunc in finem etiam *qualitates* ſigna diagnoſtica præbent, quando totius corporis & inprimis faciei color eſt roſeus, oculorum venæ rubent, cutis leniter eſt calida. Hæc prædicta ſigna diagnoſtica ex ſymptomatibus triplicibus recenſitis deſumi poſſunt, ſicut nec pauca *juvantia* & *lædentia* præbent, quando enim facilè ferunt ſanguinis evacuationes quaſcunque; à calidis & humidis, otio, & cibis ſanguinem augentibus læduntur, apud hos pletharum ad vaſa tendere manifeſtum eſt.

Ad

Ad vires tendit plethora & cognoſcitur ex corporis gravitate, pulſu inæquali, cruditatum & ſæpè incipientis putredinis ſignis.

Aphor. 4.

Pituita eſt vel dulcis vel acida vel ſalſa.

Pituitæ ſigna diagnoſtica.

Pituitæ dulcis ſigna rurſus ſumuntur vel à *cauſis* ad pituitæ generationem facientibus prægreſſis; vel *conſequentibus* juvantibus nempe & lædentibus ac ſymptomatibus: *juvantia* ſunt calida & ſicca ac pituitam evacuantia, *lædentia* verò ſunt contraria, pituitoſi frigidis & diuturnis morbis corripiuntur. Symptomata in *facultate animali* indicant pituitoſos ſtupidiores eſſe ſenſibus, ingenio tardo, ad ſomnum propenſos, eumque profundum, cum ſomniis de pluviis, aquis, ſubmerſione; in actionibus ſunt torpidi & ſegnes. In *facultate vitali* pituitoſi mores habent inſulſos, non facilè iraſçuntur, pulſus eſt

parvus, tardus, rarus, & mollis. *facultate naturali* appetitus eis eſt languidior, ſiti non vexantur. Ratione *excretorum* notandum eſt eos excrementa pituitoſa plurima dejicere, urinam albam, nunc tenuem nunc turbidam & craſſam reddere, alvi decoctionem crudam & pituitoſam eſſe. In *qualitatibus* totum corpus eſt album, molle & ad tactum frigidius.

Pituitæ acidæ ſigna prædicta omnia ſunt ſed vehementiora.

Pituitæ ſalſæ ſigna ſumuntur ab *antecedentibus*, ſi *cauſæ* pituitam, & ſeroſam humiditatem generantes, præceſſerint vel *conſequentibus* juvantibus nempè & lædentibus ac ſymptomatibus: *juvant* ſalſedinem temperantia, *nocet* nimis ſiccantia, calefacientia, aut refrigerantia. In *facultate animali* actiones minus torpent, in *naturali* ſiti vexantur. *Excreta* ſunt cruda ſed ſimul mordacia ſapor eſt ſalſus. In *qualitatibus* cutis minus frigida ſentitur, quàm ubi alia pituita redundat.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 5.

Bilis ſigna ſumuntur vel ex antecedentibus vel ex conſequentibus: ſigna *antecedentia* ſunt cauſæ bilem generantes prægreſſæ vel corporis diſpoſitiones,ut habitus corporis ſiccus & macilentus. Signa *conſequentia* ſumuntur ex *facultate animali*, in qua homo bilioſus eſt vigil, ſomniat de igne,litibus, agilis in motu,& conſilio præceps eſt. In *facultate vitali* facilè irraſcitur, pulſus eſt vehemens,velox, frequens, durus. In *facultate naturali* appetitus cibi minor eſt quàm potus,& coctio in nidoroſam cruditatem depravatur. Ratione *excretorum*,urina flava & ſplendida eſt,excrementa alvi bile tincta ſunt. In *qualitatibus* calor corporis acris color ejus ſubflavus eſt. *Iuvant* frigida & humida ac bilem evacuantia, ut & acida: *nocent* calida & ſicca ac jejunium. *Morbi calidi ac ſicci* affligunt, & qui velocem habent motum ob ſymptomata à bile orta.

Sitis ſigna diagnoſtica.

Aphor. 6.

Signa melancholiæ diagnoſtica.

Melancholiæ ſigna ſumuntur ab *antecedentibus* cauſis eam generantibus prægreſſis ut corporis diſpoſitionibus, habitu nempe corporis frigido, ſicco & macilento. Ex *conſequentibus* verò ſigna vel ſumuntur ex *ſplenis* tumore, varicibus, & aliis morbis melancholicis vel ex *ſymptomatibus qualitatum*, quando color corporis lividus, fuſcus, & ſubniger eſt. *Excretorum* quando urina copioſa, tenuis & alba eſt, ſi verò aliquid melancholiæ cum eà evacuetur, craſſa ſit & nigra; ſudores in ſomno ſunt copioſi, ſalivâ abundant, hæmorrhoides vel fluunt vel ſupprimuntur; *facultatis animalis*, ſunt cogitabundi, ſomnum habent turbulentum cum terribilibus inſomniis. Ratione *facultatis vitalis* melancholici ad iram tardi ſunt, ſed eadem facilè ſedatur, meticuloſi & mæſti ſine cauſa; pulſus eſt parvus, rarus & ſubdurus. *In facultate naturali* cibum & venerem immoderatius appetunt, ructus acidi moleſtant, ſitis expertes ſunt.

Aphor. 7.

Signa

Atra bilis ſigna habet quæ miſta bilis

lis flavæ & melancholiæ, apparentque quidem melancholiæ indicia, ſed cum manifeſtis caliditatis ſignis conjuncta, unde ex ea oriuntur mania, cancer, elephantiaſis, ſcabies prava, & ſimiles affectus. *diagnoſtica atrabilis.*

Aphor. 8.

Seroſi humoris ſigna ſumuntur vel à cauſis & diſpoſitionibus corporis ad generationem illius facientibus, vel à conſequentibus ſymptomatibus & morbis: ratione *ſymptomatum excretorum*, urina eſt cruda & aquoſa; ſanguini ſi evacuetur, multum ſeri innatat. Symptomatum *qualitatum* ergò corpus eſt pallidum & ſubtumidum. *Morbi* ex ſeroſo humore orti tales, affligunt, ut hydrops, hydatides, tumores aquoſi, dolores vagi, arthritici, diarrhæa. *Seroſi humoris ſigna diagnoſtica.*

Aphor. 9.

Flatuum, ſi cauſæ præceſſerint, ad ſunt fluctuationes, & rugitus in inteſtinis & appochondriis, doloresq; tenſivi ſine gravitate, vagi, & inſtabiles aurium ſonitus & tinnitus, partium corporis palpitationes, ructus, alvi crepitus, urinæq; ſpumoſæ ſunt. *Flatuum ſigna diagnoſtica.*

Aphor. 10.

Veneni in corpus aſſumpti ſigna diagnoſtica.

Venenum vel hauſtu vel ictu, morſu aut illinitione communicatur: *veneni hauſti ſigna* ſunt, ſi aliàs homini ſano, poſt cibum vel potum morſus in ventriculo & inteſtinis accidat, alvus & vomitus moveatur, color intra ſex horas auriginoſus & maculoſus fiat, cordis palpitatio, ſyncope & tumor in loco aliquo accedat.

Veneni ictu, morſu aut illinitione communicati ſigna ſunt, ſi pars læſa emoriatur, putreſcat, inflammetur atque intumeſcat, dolor magnus adſit, & modo dicta præcedentia ſymptomata.

Aphor. 11.

Humorum malignorum & peſtilentium ſigna diagnoſtica.

Humorum malignorum & peſtilentium ſigna in febrium talium ſignis recenſentur, quæ ſuo videas loco.

SECTIO

SECTIO QVARTA.

Exhibens ſigna diagnoſtica corporis ægri ex locis affectis internis item ex ſymptomatibus in ſpecie.

APHOR. I.

Signorũ diagnoſticorum locorum affectorum diviſio in genere.

Loca affecta interna cognoſcuntur vel in genere vel in ſpecie: *In genere à cauſis, ab eſſentialiter inhærentibus, ab effectibus & ſymptomatibus.*

Aphor. 2.

Signa diagnoſtica loci affecti à cauſis, deſumpta, eorumq́ diviſio.

Signa ſumuntur in genere *à cauſis* quæ vel *aſſumuntur vel geruntur, vel retinentur, vel foris ad hibentur, vel communi malo craſſantur.*

Quæ *aſſumuntur*, ſi partem aliquam lædendi vim habent, illam affectã monſtrant, ut ſi poſt lac aſſumptum æger malè habeat, obſtructum eſt hepar.

Quæ *geruntur* ut 1. *artes & vita genus*, ob quæ nunc hanc, nunc illam partem magis lædi contingit, ut in cæmentariis pulmones, in aurifabris nervos, ob tractationem Mercurii læſos monſtrant. 2. *Somnus & vigiliæ* cerebrum

præcipuè lædunt. 3. *Animi affectus*, illud membrum præcipuè afficiunt quod primò movetur, ſic ira cordi nocet.

Quæ *retinentur*, magis eam partem lædunt, in qua detinentur.

Quæ *foris adhibentur*, partem affectam monſtrant, ut ſi quis ſub ſole moram trahens, malè habeat, caput affectum erit.

Quando *malum quoddam communiter vagans eſt*, partem in aliis ægrotantibus affectum, & in hoc laborare indicat.

Aphor. 3.

Signa diagnoſtica loci affecti ab eſſentialiter inhærentibus.

Eſſentialiter inhærentia hîc ſunt partis proprietas, & morbi partibus inhærentes: *partis proprietas*, quatenus ſcilicet affectus certis partibus proprii ſunt. Sic calculi cum urina redditi, renes aut veſicam affectam eſſe indicant.

Morbi *partibus inhærentes* ſunt de eſſentia partis, non quatenus pars, ſed quatenus malè affecta, ut ſi pars ad tactum intemperata percipitur, ea laborare ſignificatur. Figura vitiata in gibboſitate, ſpinæ læſionem indicat: tumor in abdomine, aut muſculos abdominis, aut partem in eo ſitam

affe-

affectā arguit; quā in ſpecie indicabit ſitis, & figura tumoris & læſæ actionis.

Aphor. 4.

Effectus & ſymptomata ſpectantur in actione *læſa*, *in excretis*, *in qualitatibus mutatis*, *& morbis ſymptomaticis.* *Signa diagnoſtica loci affecti ab effectibus & ſymptomatibus.*

1. *Actio læſa illud* membrum affectū ſignificat, à quo perficitur, niſi ſit ab errore externo; ſic læſæ facultates *animales* cerebrum affectum eſſe indicant, quo & *dolor* pertinet, qui partem aliquam ſentientem affectam eſſe docet, & quidem dolor *pungens*, membranas inflammatas; *pulſans*, muſculoſas partes inflāmatas; *gravans* parenchymata viſcerum affici; *profundus*, membranas oſſium; circum circa de *diffundens*, membranas affectas; *anguſtus* & *tenſivus*, nervos affectos eſſe indicat. Sic & læſæ *facultates vitales* cor laborare ſignificant; in læſis facultatibus *naturalibus* manifeſtiora ſigna præbent partes publici uſus affectæ: obſcuriora partes privatæ.

2. In *excretis* conſideranda eſt primò *ſpecies*, quæ duplex eſt, vel aliquid de *ſubſtantia partis* excretum, partem illam affectam eſſe ſignificat ut membrana aut caruncula tuſſi

 rejecta,

rejecta, thoracem; vomitu, ventriculũ; cum urina, renes aut veſicam affici, indicio eſt. Vel quod in aliqua parte *familiariter continetur, evacuatur*; ita chylus per vulnus ejectus, ventriculum, aut inteſtina tenuia affecta indicat. Secundò *qualitas rei excretæ*, & modus exeundi, partem affectam patefaciunt; ut ſi ſanguis tenuior, magis floridus, cum ſaltu exiens, arteriam diſciſſam monſtrat. Tertiò *quantitas excretorum*, ut ſi tuſſi multus ſanguis rejiciatur, pulmonis affecti indicium eſt, ſi paucus, tracheæ. Quartò ordo; Sic pus ante urinam excretum, ulcus in cole; ſi ſequatur, partes ſuperiores ulceratas eſſe monſtrat.

3. In *qualitatibus mutatis*, color rubeus maxillarum, pulmonem inflammatum: color corporis & faciei flavus, veſiculæ fellis affectæ ſignum. Odor fætidus ex ore, dentes, fauces, pulmones aut ventriculum affectum arguit. Durities dextri hypochondrii, affecti hepatis; ſiniſtri, affecti lienis ſignum eſt.

4. Morbi *ſymptomatici* dicti ſeu alios conſequentes, etiam ad effectus pertinent. Sic hydrops hepatis malè habentis ſignum eſt.

Aphor

Aphor. 5.

Ratione *loci affecti ſigna diagnoſtica* in ſpecie ſumuntur vel ex cerebro, vel ex corde, epate, ventriculo, thorace, trachea.

Signorũ diagnoſticorum, locorum affectorũ, diviſio in ſpecie.

Aphor. 6.

In *cerebro* ſpectantur 1. *excrementa* per emunctoriam cerebri emiſſa, quæ illud affectum indicant. 2. *actiones* principes læſæ, ſive imminuantur, aboleantur, aut depraventur. In ſenſibus verò externis & motu læſo obſervandum, an cauſa ſit in cerebro, an verò in organo proprio. Dolor aut pericranium (tactu ferè exploratur) aut membrana cerebri affici indicat, & tum ad oculos ſæpè derivatur, & perforans vapores, & tumores tenues & bilioſos; gravans, pituitoſos; diſtendens, flatuum copiam; pulſans, humores putreſcentes, & inflammabiles oſtendit.

Signa diagnoſtica loci affecti in ſpecie à cerebro deſumpta.

Aphor. 7.

Cor, quod plerunque calidis & ſiccis morbis obnoxium eſt, ſigna præbet vel ex actionibus læſis, ut palpitatione cordis, quæ certum ſignum eſt, pulſu valdè mutato, & reſpiratione. Vel ex qualitatibus

Signa diagnoſtica loci affecti ex corde deſumpta.

tibus mutatis: prout enim cor ut fons caloris ſe habet; ita etiam calor in toto corpore.

Aphor. 8.

Signa diagnoſtica loci affecti ex epate in ſpecie deſumpta.

Epar affectum ſigna nobis præbet 1. *ex actione ejus*, cujus indicia exhibent urina & fæces alvi. 2. *cum color* totius corporis eſt mutatus, & ſanguinis penuria in venis. Color tamen interdum lienis vitio ſed in longo tempore mutatur, 3. *Sanguinis* diſtributio impedita, quæ ex tabe totius, & ventris fluxu cognoſcitur. 4. *ex gravitatis ſenſu* in dextro hypochondrio & tumore figuræ epatis in ejus regione.

Aphor. 9.

Signa diagnoſtica loci affecti ex ventriculo in ſpecie deſumpta.

Ventriculus ſigna præbet, ſi tardior vel citior dejectio fiat, citra ullum epatis vitium, vel ex actionibus ejus læſis, ut appetitu læſo, coctione vitiata, quæ deprehenditur, ſi ægri à cibo ſentiant dolorem, inflationem, ructum aut vomitum.

Aphor. 10.

Signa diagnoſtica loci affecti ex thorace ...

Thoracis affecti ſigna ſumuntur vel ex reſpirandi difficultate, vel ex tuſſi rejecta, ut ſanguine, pure, & aliis ſubſtantiâ & colore variis. Vel ex dolore, qui ſi acrior

acrior eſt, in membranis & muſculis cauſa hæret; ſi ſenſus gravitatis & anguſtia tantum adſit, in ipſo pulmone eſt. *in ſpecie deſumpta.*

Aphor. 11.

Tracheæ affectæ ſigna, ex iiſdem pulmonis affecti ſignis petuntur, inprimis ex voce mutata. *Signa diagnoſtica loci affecti ex trachea in ſpecie deſumpta.*

Aphor. 12.

Symptomata pleraque ſenſibus patent, quædam tamen latent, & cognoſcuntur in genere, ex cauſis & effectis, quæ ſunt vel morbi, vel cauſæ vel ſymptomata. *Signa diagnoſtica ſymptomatum eorumque diviſio, in genere.*

Aphor. 13.

Symptomata in ſpecie tripliciter cognoſcuntur, nempè in læſis facultatibus, in qualitatibus mutatis, & in excretis ac retentis. *In ſpecie.*

1. *In læſa facultate* naturali ſi *nutritio* læditur, dum corpus extenuatur & contabeſcit. Si *auctio*, dum corpus minus nutritur. Si *attractio & retentio*, ex effectis pateſcit. Si *coctio*, ex excrementis

ejus, ut ventriculi, è fæcibus; quæ fit in epate & venis; ex urina; quæ in thorace, è ſputo. Si *generatrix*, vel nulli vel debiles liberi generantur, ſi denique *expultrix* offenditur, ea retinentur quæ expelli debebant læſa *facultas vitalis*, ex pulſu cordis & arteriarum mutato cognoſcitur. Læſa facultas *animalis*, ex effectis, ut facultatum principum depravatione, ex dictis & factis incongruis, cognoſcitur. *Senſus externos imminutos*, & ablatos ipſe æger cognoſcit; depravatos ab aliis intelligit, motus ſymptomata ſenſibus ſubjiciuntur nec ſignis opus habent.

2. *Qualitates mutatæ* ſenſibus percipiuntur, nec ſignis opus eſt.

3. Quæ *excernuntur & retinentur* ſenſibus obvia ſunt, ſed quantum à naturali ſtatu recedant, ratiocinando Medicus colligit, conferendo ea, quæ ſunt præter naturam, cum eo quod naturaliter ſe habere debet.

SECTIO

SECTIO QVINTA

De *ſignis diagnoſticis* ex urina deſumptis ſeu de inſpectione urinæ.

Signa diagnoſtica ex urina deſumpta.

APHOR. I.

IN *urina* inſpicienda *novem* obſervantia: 1. conſiſtentia; 2. color; 3. color & ſubſtantia ſimul, 4 odor; 5. quantitas; 6. contenta. 7. cauſæ commutationis urinam citra morbum mutantes; 8. requiſita in exceptione & inſpectione urinæ neceſſaria; 9. in quantum ſe ſigna ex urina deſumpta extendant.

Diviſio eorum quæ in urina inſpicienda conſiderantur.

Aphor. 2.

In *urina* conſideratur 1. *conſiſtentia*, quæ eſt vel craſſa, tenuis, mediocris, clara vel turbida.

Vrinæ conſiſtentia & ſigna exinde.

1. *Craſſa conſiſtentia urinæ* conſtat ex materiæ alicujus craſſæ permixtione, *primò* quando humores crudi in venis cumulati, per hanc viam expelluntur; *ſecundò* aut aperta in liene, epate, renibus, & aliis partibus obſtructione; *Ter-*

2. *Urina alba vel aquoſa vel lactea eſt: aquoſa*, aquam vel vinum tenue colore referens, provenit primò à cruditate, & caloris imbecillitate ſecundò à viarum obſtructione; tertiò à bilis, & una ſeroſis humoris in alium locum converſione, ut in phrenitide ad caput, in qua malum ſignum eſt; quartò ex potus copia; Quintò à renum & epatis caliditate. Sextò ex calculo. *Lactea* eſt, ob materiæ albæ admiſtionem, ſive ſit pituita, ſive pus, ſive ſemen, quæ & plerumque turbida mingitur, & poſtea clareſcit.

3. *Urina pallida ſeu ſpicea*, paleis antiquis, & ochræ colore ſimilis, cum multum pallidæ bilis, aut flava, in mediocri quantitate admiſcetur.

4. *Urina ſubpallida* ſeu ſubſpicea, aquæ, ochræ tinctæ colorem referens, cum bilis pallida in ſufficienti quantitate, vel flavæ parum urinæ admiſcetur.

5. *Urina flava ſeu crocea*, aſtrorum ſplendori ſimilis, ſi flava bilis, in majori quantitate admiſcetur.

6. *Urina rubra* tres gradus habet: eſt enim *ſubrubra* boli armeni colore

rubra

rubra ceraſi colore & *impensè rubens*, quæ ſplendet, & quaſi flammea eſt, à bile coloratiore & rubicundiore oritur.

7. *Urina cruenta* loturæ carnis ſimilis & non ſplendens, vel vaſe aliquo aperto, quacunque de cauſa, vel à renum, aut hepatis imbecillitate, vel evacuatione ſanguinis ſuperflui, à natura certis temporibus facta.

8. *Urina vinea* vini rubri nigricantis colore, ex miſtione bilis iſatidis, in quam humores à nimio calore converſi ſunt, vel à bile rubra craſſiore copiosè admixtâ, ut in ictericis; talis urina linteamina tingit.

5. *Urina paſſea*, ceraſis nigricantibus colore ſimilis, ex admiſtione flavæ bilis, à calore nimio valdè aſſatæ, & in atram ferè degenerantis.

10. *Urina nigra* eſt vel viridis vel lividà vel atra; *viridis* eſt vel *praſina* ut in foliis porri, vel *æruginoſa* ut in ærugine, fiunt à copia bilis porraceæ & æruginoſæ, in febrium principiis lethales, in ſanis verò ſubitò apparentes veneni hauſti indicium ſunt. Urina *livida* vel *plumbea*; *atra* verò extinctō carboni ſimilis

eſt;

rio aut humoris ſeroſi aut ſalſi copia. Si poſt principium morbi mingantur, bonæ ſunt, ſi prius tenues fuerint.

2. *Conſiſtentia tenuis*, quæ ferè ex aquoſa & potulenta materia conſtat, *primò* coctionis in hepate, venis & ventriculi debilitatem; *Secundò* vel renes frigidos; *Tertiò* vel obſtructionem hepatis aut renum; *quartò* vel materiæ in alium locum converſionem, indicat.

3. *Conſiſtentia mediocris* eſt, quando ſeroſum ſanguinis excrementum mediocri quantitate aquoſo miſcetur, & coctionem bonam denotat.

4. *Conſiſtentia urinæ clara*, quam viſus penetrat; *vel talis permanet*, & cum bona conſiſtentia, calorem rectè ſe habentem; cum tenuitate, cruditatem denotat; vel *poſtea turbatur*, quæ turbata in ſano vel ægro: in *ſano*, cum à ſanitate deflectere indicat in morbum, præcipuè febrim; in *ægro* ſignum eſt aliqualis coctionis, ſed imperfectæ.

5. *Urina turbida* vel talis permanet vel poſtea clareſcit; quando *talis permanet* ſubjugalis dicitur, & magnam humorum confuſionem à calore humores

mores agitante, ſed non rectè coquente indicat. Unde in morbi principio apparens, calorem igneum, humores in venis turbare ſignificat, & cum viribus fortibus morbum longum, cum debilibus, mortem. Si *initio morbi clara fuit*, & poſteà ſubjugalis fiat, morbus in deterius labitur. Si *poſtea clareſcit* ſignificat vel calorem naturalem, coctionem quidem aggreſſum, nondum tamen partes ſeparaſſe. Vel cum ei in tranſitu materia admiſta, quæ poſteà ſubſidet.

Aphor. 3.

In *urina* 2. conſideratur *color*, ex quo urina eſt aurea, alba, pallida, ſubpallida, flava, rubra, cruenta, vinea, paſſea, vel nigra. *Vrina color & ſigna exinde.*

1. *Vrina aurea ſeu citrina*, quæ ſanorum propria eſt, provenire vulgo ſtatuitur à portione aliqua bilis flavæ, ſed potius provenit à ſeroſo & ſalſo excremento, ipſo etiam bile nonnihil tincto.

2. *Vrina*

tio aut humoris ſeroſi aut ſalſi copia. Si poſt principium morbi mingantur, bonæ ſunt, ſi prius tenues fuerint.

2. *Conſiſtentia tenuis*, quæ ferè ex aquoſa & potulenta materia conſtat, *primò* coctionis in hepate, venis & ventriculi debilitatem; *Secundò* vel renes frigidos; *Tertiò* vel obſtructionem hepatis aut renum; *quartò* vel materiæ in alium locum converſionem, indicat.

3. *Conſiſtentia mediocris* eſt, quando ſeroſum ſanguinis excrementum mediocri quantitate aquoſo miſcetur, & coctionem bonam denotat.

4. *Conſiſtentia urinæ clara*, quam viſus penetrat; *vel talis permanet*, & cum bona conſiſtentia, calorem rectè ſe habentem; cum tenuitate, cruditatem denotat; vel *postea turbatur*, quæ turbata in ſano vel ægro: in *ſano*, cum à ſanitate deflectere indicat in morbum, præcipuè febrim; in *ægro* ſignum eſt aliqualis coctionis, ſed imperfectæ.

5. *Urina turbida* vel talis permanet vel poſtea clareſcit; quando *talis permanet* ſubjugalis dicitur, & magnam humorum confuſionem à calore humores

mores agitante, ſed non rectè coquente indicat. Unde in morbi principio apparens, calorem igneum, humores in venis turbare ſignificat, & cum viribus fortibus morbum longum, cum debilibus, mortem. Si *initio morbi clara fuit*, & poſteà ſubjugalis fiat, morbus in deterius labitur. Si *poſtea clareſcit* ſignificat vel calorem naturalem, coctionem quidem aggreſſum, nondum tamen partes ſeparaſſe. Vel cum ei in tranſitu materia admiſta, quæ poſteà ſubſidet.

Aphor. 3.

In *urina* 2. conſideratur *color*, ex quo urina eſt aurea, alba, pallida, ſubpallida, flava, rubra, cruenta, vinea, paſſea, vel nigra. *Vrina color & ſigna exinde.*

1. *Vrina aurea ſeu citrina*, quæ ſanorum propria eſt, provenire vulgo ſtatuitur à portione aliqua bilis flavæ, ſed potius provenit à ſeroſo & ſalſo excremento, ipſo etiam bile nonnihil tincto.

2. *Vrina*

2. *Vri*

tio aut humoris ſeroſi aut ſalſi copia. Si poſt principium morbi mingantur, bonæ ſunt, ſi prius tenues fuerint.

2. *Conſiſtentia tenuis*, quæ ferè ex aquoſa & potulenta materia conſtat, *primò* coctionis in hepate, venis & ventriculi debilitatem; *Secundò* vel renes frigidos; *Tertiò* vel obſtructionem hepatis aut renum; *quartò* vel materiæ in alium locum converſionem, indicat.

3. *Conſiſtentia mediocris* eſt, quando ſeroſum ſanguinis excrementum mediocri quantitate aquoſo miſcetur, & coctionem bonam denotat.

4. *Conſiſtentia urinæ clara*, quam viſus penetrat; *vel talis permanet*, & cum bona conſiſtentia, calorem rectè ſe habentem; cum tenuitate, cruditatem denotat; vel *poſtea turbatur*, quæ turbata in ſano vel ægro: in *ſano*, cum à ſanitate deflectere indicat in morbum, præcipuè febrim; in *ægro* ſignum eſt aliqualis coctionis, ſed imperfectæ.

5. *Urina turbida* vel talis permanet vel poſtea clareſcit; quando *talis permanet* ſubjugalis dicitur, & magnam humorum confuſionem à calore humores

mores agitante, ſed non rectè coquente indicat. Unde in morbi principio apparens, calorem igneum, humores in venis turbare ſignificat, & cum viribus fortibus morbum longum, cum debilibus, mortem. Si *initio morbi clara fuit*, & poſteà ſubjugalis fiat, morbus in deterius labitur. Si *poſtea clareſcit* ſignificat vel calorem naturalem, coctionem quidem aggreſſum, nondum tamen partes ſeparaſſe. Vel cum ei in tranſitu materia admiſta, quæ poſteà ſubſidet.

Aphor.3.

In *urina* 2. conſideratur *color*, ex quo urina eſt aurea, alba, pallida, ſubpallida, flava, rubra, cruenta, vinea, paſſea, vel nigra. *Vrina color & ſigna exinde.*

1. *Vrina aurea ſeu citrina*, quæ ſanorum propria eſt, provenire vulgo ſtatuitur à portione aliqua bilis flavæ, ſed potius provenit à ſeroſo & ſalſo excremento, ipſo etiam bile nonnihil tincto.

tiò aut humoris ſeroſi aut ſalſi copia. Si poſt principium morbi mingantur, bonæ ſunt, ſi prius tenues fuerint.

2. *Conſiſtentia tenuis*, quæ ferè ex aquoſa & potulenta materia conſtat, *primò* coctionis in hepate, venis & ventriculi debilitatem; *Secundò* vel renes frigidos; *Tertiò* vel obſtructionem hepatis aut renum; *quartò* vel materiæ in alium locum converſionem, indicat.

3. *Conſiſtentia mediocris* eſt, quando ſeroſum ſanguinis excrementum mediocri quantitate aquoſo miſcetur, & coctionem bonam denotat.

4. *Conſiſtentia urinæ clara*, quam viſus penetrat; *vel talis permanet*, & cum bona conſiſtentia, calorem rectè ſe habentem; cum tenuitate, cruditatem denotat; vel *poſtea turbatur*, quæ turbata in ſano vel ægro: in *ſano*, cum à ſanitate deflectere indicat in morbum, præcipuè febrim; in *ægro* ſignum eſt aliqualis coctionis, ſed imperfectæ.

5. *Urina turbida* vel talis permanet vel poſtea clareſcit; quando *talis permanet* ſubjugalis dicitur, & magnam humorum confuſionem à calore humores

mores agitante, ſed non rectè coquente indicat. Unde in morbi principio apparens, calorem igneum, humores in venis turbare ſignificat, & cum viribus fortibus morbum longum, cum debilibus, mortem. Si *initio morbi clara fuit*, & poſteà ſubjugalis fiat, morbus in deterius labitur. Si *poſtea clareſcit* ſignificat vel calorem naturalem, coctionem quidem aggreſſum, nondum tamen partes ſeparaſſe. Vel cum ei in tranſitu materia admiſta, quæ poſteà ſubſidet.

Aphor.3.

In *urina* 2. conſideratur *color*, ex quo urina eſt aurea, alba, pallida, ſubpallida, flava, rubra, cruenta, vinea, paſſea, vel nigra. *Vrina color & ſigna exinde.*

1. *Vrina aurea ſeu citrina*, quæ ſanorum propria eſt, provenire vulgo ſtatuitur à portione aliqua bilis flavæ, ſed potius provenit à ſeroſo & ſalſo excremento, ipſo etiam bile nonnihil tincto.

2. *Urina alba vel aquoſa vel lacte*[...] *eſt: aquoſa*, aquam vel vinum tenue co[...]lore referens, provenit primò à crudi[...]tate, & caloris imbecillitate ſecundò [...] viarum obſtructione; tertiò à bilis, & una ſeroſis humoris in alium locum conversione, ut in phrenitide ad caput in qua malum ſignum eſt; quartò ex po[...]tus copia; Quintò à renum & epatis ca[...]liditate. Sextò ex calculo. *Lactea* eſt, o[...] materiæ albæ admiſtionem, ſive ſit pi[...]tuita, ſive pus, ſive ſemen, quæ & ple[...]rumque turbida mingitur, & poſte[...] clareſcit.

3. *Urina pallida ſeu ſpicea*, paleis an[...]tiquis, & ochræ colore ſimilis, cum multum pallidæ bilis, aut flava, in me[...]diocri quantitate admiſcetur.

4. *Urina ſubpallida* ſeu ſubſpicea aquæ, ochræ tinctæ colorem referens cum bilis pallida in ſufficienti quantita[...]te, vel flavæ parum urinæ admiſcetur.

5. *Urina flava ſeu crocea*, aſtrorum ſplendori ſimilis, ſi flava bilis, in majo[...] quantitate admiſcetur.

6. *Urina rubra* tres gradus habe[...] eſt enim *ſubrubra* boli armeni color[...]

rubr[...]

rubra ceraſi colore & *impenſè rubens*, quæ ſplendet, & quaſi flammea eſt, à bile coloratiore & rubicundiore oritur.

7. *Urina cruenta* loturæ carnis ſimilis & non ſplendens, vel vaſe aliquo aperto, quacunque de cauſa, vel à renum, aut hepatis imbecillitate, vel evacuatione ſanguinis ſuperflui, à natura certis temporibus facta.

8. *Urina vinea* vini rubri nigricantis colore, ex miſtione bilis iſatidis, in quam humores à nimio calore converſi ſunt, vel à bile rubra craſſiore copiosè admixtâ, ut in ictericis; talis urina linteamina tingit.

5. *Urina paſſea*, ceraſis nigricantibus colore ſimilis, ex admiſtione flavæ bilis, à calore nimio valdè aſſatæ, & in atram ferè degenerantis.

10. *Urina nigra* eſt vel viridis vel lividâ vel atra; *viridis* eſt vel *praſina* ut in foliis porri, vel *æruginoſa* ut in ærugine, fiunt à copia bilis porraceæ & æruginoſæ, in febrium principiis lethales, in ſanis verò ſubitò apparentes veneni hauſti indicium ſunt. Urina *livida* vel *plumbea*; *atra* verò extincto carboni ſimilis

eſt;

eſt; utraque interdum à cauſis externis provenit, ab internis verò, quando vel humor melancholicus cum urina evacuatur vel atra bilis admiſcetur, vel ob extinctum calorem nativum, & ſpiritus, quæ peſſima eſt lividæ urinæ, malæ; nigræ in acutis niſi criticè excernantur, periculum magnum indicant.

Aphor. 4.

Vrinæ color & ſubſtantia ſimul: ſigna exinde.

Ratione *coloris & ſubſtantiæ* ſimul urina eſt vel tenuis & alba vel tenuis & pallida, vel tenuis & ſubrubra, ob ſanguinem paucum, ex vaſe aliquo rupto cum urina miſtum. Vel craſſa & rubra, ob bilem in majori quantitate admixtam, vel craſſa & ſubruffa, ſi lacteæ urinæ bilis permiſceatur. vel oleaginoſa, quæ oleum colore & craſſitie refert, & ortum habet ab humorum excrementitiorum, inprimis bilis pallidæ & atræ ut & pituitæ permiſtione, unde longos, & periculoſos morbos denotat.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor.5.

Odor urinæ conſideratur vel in quantitate vel in qualitate : in *quantitate* parvus id eſt naturalis, calorem naturalem ſe benè habentem indicat ; *nullus*, calorem debilem & coctionem ferè nullam. In *qualitate* urinæ odor *bonus* cauſas internas non habet. *Malus* vel ob cibos quoſdam , vel cruditatem vel ex putredine, vel ex diuturna retentione oritur. *Signa odoris ex urina.*

Aphor.6.

Quantitas urinæ reſpectu potus eſt vel copioſa vel pauca : *copioſa*, à potu copioſo, cibis liquidis, otio, diureticis, diabete, critica evacuatione, in die decretorio bona : in principio febrium mala. *Pauca urina* eſt vel à cibis ſiccis, potu pauco , vel abſumpta materia, motu & calore nimio , vel viarum anguſtia , vel urina ad alias partes converſa. *Signa ex quantitate urinæ.*

Aphor. 7.

Signa ex contentis urina.

Contenta urinæ ſunt vel eſſentialia vel accidentalia.

1. *Eſſentialia contenta* reperiuntur vel in ſanorum vel ægrorum urina; *primò* contenta eſſentialia in urina *ſanorum* conſiderantur ratione loci, coloris, ſubſtantiæ & quantitatis: *loci* ergò contentum in fundo ſedimentum, in medio ſuſpenſio; in ſupremo nubes vocantur, materiam eandem habent, tertiæ coctionis excrementum, & differunt tantum ſecundum alimentorum & caloris coquentis diverſitatem. *Coloris* ergò contenta eſſentialia in ſanorum urina vel ſunt alba, vel rubra vel nigra, candida autem ſunt optima, ratione *ſubſtantia* contentum eſt vel tenue vel craſſum: planum, divulſum: inæquale, æquale, quod optimum, & calorem rectè coquentem, & materiam obedientem ſignificat. In *quantitate* contentum, eſt vel copioſum vel paucum; copioſum à crudi ſucci copia, otio, in fæminis, pueris, obſtructione, ſuppreſſa alvo, menſtruis, hæmorrhoidibus, hyeme. Paucum cauſas contrarias habet, omnes

ſcili-

ſcilicet eas, quæ multum ſubſtantiæ noſtræ abſumunt. Hactenus de contentis eſſentialibus in urina ſanorum, reſtat ut agamus *ſecundò de contentis eſſentialibus* in urinis ægrorum, in quibus humores alii admiſti, vel etiam ſoli ſunt, & differunt loco, colore & quantitate: *loco*, ubi regula: quo magis contenta ſedimentis ſanorum ſimilia, eò meliora & materiæ benignitatem, & naturæ robur ſignificant, *colore*, contenta rubra, livida nigra ab humore ex quo conſtant accipiunt. *Quantitate* contentum eſt vel paucum vel multum: paucum quando alteratrix eſt imbecilla vel ex intemperie, vel impedita à morbis inſtrumentariis, aut ex humorum multitudine & craſſitie. Multum eſt quando morbus ex crudis humoribus oritur aut ex repletione, otio. Hactenus fuerunt contenta eſſentialia, in urina ſanorum & ægrorum. Sequuntur

2. *Contenta accidentalia* quæ conſpiciuntur vel in fundo, vel in medio, vel in ſupremo urinæ. *Primò in fundo* reperiuntur contenta farinacea, quæ farinam craſſam referunt, fiunt ab humore cru-

do, qui in venis acervari ſolet. Foliacea & purpuracea ex veſica ſcabioſa proveniunt, & in febribus ſi contingant peſſima ſunt. Orobea, granis orobi ſimilia, ſi nigreſcant, materiam habent humorem melancholicum. Arenulæ & calculi, ortum habent ex materia craſſa & fæculenta, quæ internũ in ſe habet coagulationis principium, & levem occaſionem nacta, ſpontè concreſcit. Grumi ſanguinis, cum vel ex ulcere, vel aliàs ex læſo, rupto, aut hiante vaſe in partes, per quas urina tranſit, ſanguis emittitur. Pus, renum vel viarum ulcus denotat, interdum ex ſuperioribus partibus, ut pulmonibus evacuatur à natura. Caruncula exulceratos renes arguunt. Pituita, inſtar muci narium, cum dolore veſicam calculoſam indicat, ſine dolore, è crudo renum aut circumpoſitarum partium ulcere vel abſceſſu. Aliquando copioſè excreta cacochymiæ in partibus ultra renes ſoboles eſt. Vermes, ex corrupta & ſordida materia ortum habent, & rarius in urinis apparent. Hactenus recenſita fuerunt contenta accidentalia in fundo, ſequuntur *ſecundò*

corpu-

Digitized by Google

corpuſcula in medio ſuſpenſa, atomis, telis araneorum, & pilis ſimilia, ex humore craſſo ſive in venis, ſive in renibus aut ureteribus ſiccato, oriuntur. *Tertiò contenta* in ſuprema parte ſeu in ſuperficie urinæ ſunt bullæ & ſpuma quæ oriuntur à flatu, in viſcida materia incluſo, cujus colorem referunt. Corona, ſanguinem in venis majoribus contentum indicat, pro colorum varietate. Pinguedo, colliquationem adipis, à calore nimio provenientem, denotat. Arenulæ, ſubtiliſſimæ interdum in ſuperficie urinæ innatant, & matulæ lateribus adhærent, nec ſubſident, & hepatis calorem, ſanguinis craſſi aduſtionem denotant.

Aphor. 8.

Cauſæ *commutationis*, quæ urinam citra morbum mutant, ſunt *Signatatione cauſarũ commutationis, quæ urinã citra morbum mutant*

1. *Temperamentum*, ſecundum quod calidi urinam habent colorationem, & tenuiorem, paucique ſedimenti. Frigidi, urinas minus coloratas habent parumque contentorum.

2. *Ætas*, cujus ratione pueri urinas habent albidos, craſſiores, cum copioſo ſedimento. Juvenes urinas habent tenuiores, ſed coloratiores cum parciore contento. Senes, urinas albas, tenues, & ſine contentis habent, niſi excrementa urinæ permiſceantur, unde cum ſedimento reddantur. Medij ætate, medias habent urinas.

3. *Sexus*, virorum enim urinæ longè ſunt coloratiores, tenuiores, paucioraque contenta habent, quam mulierum. Quarum urinæ ſunt pallidiores, ob crudorum humorum copiam, craſſiores, & cum ſedimento copioſiore.

4. *Tempora anni*, vere enim & autumno medio, cujuſcunque generis urinæ ſunt moderatæ, & quò magis verſus æstatem annus accedit, eò magis color urinæ intenditur, ac craſſities & contenta minuuntur. Æſtate ſunt urinæ colorationes, tenniores, & pauca habent ſedimenta. Autumno color & tenuitas minuuntur, ob bilis diminutionem & crudorum fructuum eſum. Hyeme urinæ ad optimum ſtatum propius

pius accedunt, quia corpora ſunt calidiora, & coctio melior eſt.

5. *Regio & cæli ſtatus* quibus calidis urinæ ſunt coloratiores, tenuiores, & pauci ſedimenti. Frigidis, ſtatui optimo urinæ propiores ſunt.

6. *Motus & quies*, nam Modicè laborantes urinas benè coctas, & in colore, ſubſtantia, & contentis moderatas reddunt. Immodicus labor colorem, primò auget, & contenta & craſſities imminuuntur. Si verò diutius duret, color & tenuitas minuuntur, ob virium reſolutionem. Otioſi urinas habent non multum coloratas, craſſas & cum multis ſedimentis.

7. *Vigiliæ immoderatæ*, quæ principio colorem urinæ augent, ſed ſi diutius durent, cum remittunt. His opponitur ſomnus qui moderatus, urinas in omnibus benè habentes reddit. Immoderatus, colorem urinæ auget, contenta verò & ſubſtantiam imminuit, ob calorem auctum. Si verò diutius protrahatur eam crudam reddit.

8. *Animi affectus* quatenus alii calorem augent, alii imminuunt.

9. *Cibus, potus & medicamenta*, quæ urinas mutant, cibuſque moderatè ſumptus, mediocrè ſuppeditat ſedimentum: copioſus copioſum; tenuis nullum; ubi etiam potus & medicamenta, colorem & odorem urinæ mutandi vim habent, ſic Balſamus ſulphuris odorem, Rhabarbarum colorem urinæ mutat.

Aphor. 9.

Requiſita in inſpectione & exceptione urinæ, neceſſaria.

Requiſita in exceptione & inſpectione urinæ neceſſaria decem ſunt: 1. colligenda eſt urina manè à ſomno, peractâ concoctione; 2. *univerſa*; 3. non poſt uſum ciborum, vel medicamentorum urinas mutantium; 4. ſervanda clauſa in loco temperato à ventis; 5. *contemplanda* eſt urina in vaſe vitreo coloris experte; 6. *non nimis* ab oculis remota; 7. *in aëre* mediocriter lucido; 8. *ubi* reſederit; 9. *quieta*. 10. *ſi* turbata fuerit in aqua calida reſolvatur.

Aphor. 10.

In quantum ſe ſigna ex urina deſumpta extendant.

Sciendum eſt *non omnes affectus ex ſola urina perſpici poſſe*, ſequentia autem ex urinis cognoſci poſſunt: 1. judicant urinæ, eam diſpoſitionem quæ in jecore & venis eſt. 2. renum & meatuum, per

per quos urina tranſit, & veſicæ & penis effectus. 3. earum partium affectus, quæ aliquid materiæ ad venas mittunt. 4. ut & earum, ad quas humores invenis contenti ferri poſſunt, ubi & alia ſigna adjungenda. 5. ſi cum aliarum partium affectibus, febres & venoſi generis affectus, conjungantur, ex iis, cujus conditionis febris ſit, & quam periculosè æger decumbat, cognoſci poteſt.

SECTIO SEXTA

De ſignis diagnoſticis ex pulſu.

APHOR. I.

Pulſuum diviſio. in genere.

P*Vlſus* conſideratur vel in genere vel in ſpecie, in *genere* ſpectantur ejus differentiæ & cauſæ: In *ſpecie* definitio, cognitio, cauſæ continentes, & judicium.

Aphor. 2.

Differentia pulſuum abſoluta compoſita

In *genere differentiæ* pulſuum vel abſolutæ vel relativæ ſunt: *abſolutæ* vel *compoſitæ* quæ facilè cognoſcuntur, ſi ſimplices notæ fuerint, variè enim componi poſſint. Vel *ſimplices* ſunt ubi

Digitized by Google

ubi pulſus reſpectu ſpatii, temporis, quietis, motus, inſtrumenti conſideratur.

Simplices. 1. *Ratione ſpatii* pulſus eſt vel magnus vel parvus: *magnus* ob virtutem fortem, calorem auctum, & arteriæ mollitiem, unde morbum calidum denotat, in febribus bonus. *Parvus* ob virtutem debilem, uſum imminutum, & duritiem arteriæ, longos morbos denotat, cum facultate debili, mortem.

2. *Reſpectu temporis* pulſus eſt vel celer vel tardus: *celer*, ob uſum auctum, virtutem mediocrem, inſtrumentum molle febris ſignum. *Tardus*, vires debiles, uſum imminutum, vel utrumque, unde caloris paucitatem denotat.

3. *Ratione quietis* pulſus eſt vel frequẽs vel rarus: *frequens*, ob uſum auctũ, vel cũ debilitate virtutis, vel cũ duritie arteriæ. *Rarus*, vel ob facultatem fortem & inſtrumentum molle, vel ab uſu imminuto, unde inſanis temperamentum frigidum, in ægris, morbum frigidum, & cordis frigiditatem ſignificat, unde malus.

4. Im-

4. *In motu* pulſus eſt vel vehemens vel debilis: *vehemens*, qui virtutem fortem, & ſi vehementiſſimus, magnam irritationem. *Debilis*, virtutem debilem vel à ſpirituum diſſipatione, vel humorum copia, vel alia cauſa ortum, indicat.

5. *Reſpectu inſtrumenti* pulſus eſt vel durus vel mollis: *durus* arteriæ duritiem, vel ex ſiccitate, vel tenſione denotat. *Mollis*, arteriæ mollitiem, & hinc humidum corporis habitum indicat.

Aphor. 5.

Differentiæ pulſuum relativa reſpectu ad æqualitatem & inæqualitatem conſiderantur *vel ſimpliciter vel* ſecundum quid. *Differentiæ pulſuum relativæ reſpectu ad æqualitatem & inæqualitatem.*

1. *Æqualitas & inæqualitas* pulſuum *ſimpliciter* conſiderata licet materiam fixam, naturæ tamen robur indicat.

2. *Æqualitas & inæqualitas* pulſuum *ſecundum quid* eſt vel ſimplex vel compoſita: *Simplex* eſt vel ſyſtematica, vel ſingularis ſub digitis: juxta *Syſtematicam* pulſus vel æqualiter vel inæqualiter ſe habent; *æqualiter* Myuri dicuntur & *Simplex.*

ſunt vel deficientes ob vires languidas, vel reciproci, ob vires minus debiles, utrique periculoſi ſunt. *Inæqualiter* pulſus ſe habet qualis eſt vel intercurrens, & facultatem oneratam, attamen validam, indicat. Intermittens, qui facultatem venis ſuccumbentem denotat, periculoſus eſt. Deficiens, ſummam debilitatem indicat, & periculoſiſſimus eſt. *Syſtematicam æqualitatem* & inæqualitatem pulſuum ſequitur *ſingularis ſubdigitis*, vel uno vel pluribus: *uno*, & talis pulſus eſt vel intermittens, & virtutem gravatam ab obſtructione inſtrumentorum, vel humorum copia indicat. Impar citatus facultatem gravatam & minus debilem arguit. Dicrotus inæqualem intemperiem cordis denotat. *Pluribus*, ejuſque motus eſt vel interruptus, & virtutem languidam arguit, vel continuus ſeu ingurus in uno pulſu, ex facultatis debilitate. In utramque partem ex arteriæ inæquali ſitu, virtute languida, & intemperie inæquali.

Compoſita. Æqualitas & inæqualitas pulſuum *compoſita* variè pulſus alterat, juxta eam

enim

enim pulſus eſt vel *Caprizans*, facultatem fortem, ſed copia humorum gravatam vel impeditam ab obſtructione indicat.

Undoſus, facultatem gravatam, vel humorum copiam, vel inſtrumenti mollitiem ſummam arguit.

Vermiculans, facultatem inſigniter debilem, indicat, unde malus.

Formicans, facultatem extremè languidam, uſum urgentem, indicat, cum arteriæ mollitie malus eſt.

Serratus, facultatem fortem, uſumque auctum, cum arteriæ duritie, inflammationibus membranarum internarum familiaris, ſed malus.

Hecticus, virtutis debilitatem, & fixum aliquod in partibus ſolidis hærens, denotat.

Tremens, ob tremorem cordis, vel partis, in qua ſita eſt arteria.

Aphor. 4.

Differentia pulſuum relativa reſpectu ad ordinem

Differentiæ pulſuum *relativæ* reſpectu ad ordinem pulſibus inæqualibus proprium, unde pulſus vel ordinatus vel inor-

inordinatus eſt: *ordinatus*, fixam quodammodo, & perpetuam cauſam ſignificat, cum bonis pulſibus virtutis firmitatem. *inordinatus*, facultatem imbecillam, eamque à fuliginoſis excrementis oppreſſam, eſtque talis abſolutè vel non abſolutè.

Aphor. 5.

Differentia pulſuum relativa reſpectu ad Rhythmum.

Rhythmus ab uſu mutato provenit, hinc pulſus eſt vel εὔρυθμος vel ἄρρυθμος: εὔρυθμος, in quo ſyſtole & diaſtole æquè celeres ſunt, ἄρρυθμος, in quo ſyſtoles & diaſtoles inæqualis celeritas eſt, & vel ſyſtole eſt celerior diaſtole, vel diaſtole celerior eſt ſyſtole: *Syſtole* eſt celerior diaſtole, & refrigerationis majorem, quam expulſionis fuliginum neceſſitatem denotat: *Diaſtole* celerior eſt ſyſtole, & magis neceſſaria eſt vaporum expulſio, quam refrigeratio.

Aphor. 6.

Cauſa pulſuum primaria.

Hactenus fuerunt differentiæ pulſuum; ſequuntur eorum *cauſæ*, quæ vel primariæ vel ſecundariæ ſunt: *Primariæ* ſeu generationis ſunt vel continentes vel concauſæ.

1. *Continentes* tres ſunt, facultas, inſtrumen-

ſtrumenta, & uſus; unde ſi pulſus fiant à pluribus, dicuntur *familiares*: ſi ab una cauſa, dicuntur *proprii*. *Primò* facultatis fortis vel debilis, unde & pulſus talis eſt. *Secundò* arteriæ duræ vel mollis, hinc pulſus durus vel mollis eſt. *Tertiò* notandum uſum nullum proprium pulſum habere.

2. *Concauſæ* ſunt quinque; craſſities corporis, gracilitas locus circa arteriam vacuus, gravitas ſuperjacentium corporum, formationis partium proprietas.

Aphor. 7.

Pulſuum cauſæ *ſecundariæ* ſeu *commutationis*, ſunt res vel *naturales*, ut temperamentum, Sexus, ætas, tempus anni, regio. Vel *non naturales*, ut cibus & potus, ſomnus & vigiliæ, motus & quies, affectus, evacuationes immodicæ. Vel res præternaturales, quæ vel uſum immutant, vel inſtrumentum afficiunt, vel facultatem diſſolvunt aut onerant: *Diſſolvunt*, quæ Spiritus & partes ſolidas diſſolvunt, ut morbi pravi, intemperies magna, dolor vehemens, nimiæ *Secundaria.*

evacuationes, mediæ. *Onerant*, ut humorum copia, & morbi inſtrumentorum, inflammationes, aliiq; tumores.

Aphor. 8.

Pulſum ſimpliciū differentiarum diviſio. In ſpecie

Hucusq; recenſuimus differentias & cauſas pulſuum in genere, hîc itaque convenit ut agamus in *ſpecie* de pulſibus eorum nempè differentiis ſimplicibus, quæ primò omnium cognoſcendę ſunt. Sub qualibet autem pulſus ſpecie definitionem, cognitionem, cauſas continentes, & judicium addemus.

Aphor. 9.

Pulſus magnus. Ejus definitio, cognitio, cauſa & judicium exinde,

Pulſus magnus;

1. *Definitio.* Pulſus magnus, ſpatium, quod arteriæ motui à natura conceſſum eſt, excedit.

2. *Cognitio.* Si arteria propter diſtenſionem magnam digitos quaſi repellit, aut foveam iis imprimit, quod in gracili corpore facilè obſervatur, in carnoſo verò pulſus etiam magni, moderati videntur.

3. *Cauſæ continentes* ſunt; virtus fortis, uſus auctus, arteria mollis.

4. *Iudicium.* Calidum morbum denotat, ut febrim, in quibus bonum ſignum eſt.

Aphor. 10.

Pulſus parvus.

1. *Definitio.* Pulſus parvus qui totum ſpatium non pervadit.

2. *Cognitio.* Quando arteria parum & minus quam naturaliter aliàs fieri debet diſtenditur & dilatatur.

3. *Cauſæ continentes* ſunt; virtus debilis præcipue uſus imminutus & durities arteriæ.

4. *Iudicium longos* & difficiles morbos, cum facultate debili, mortem.

Pulſus parvus, ejus definitio, cognitio, cauſa continentes, & judicium exinde.

Aphor. 11.

Pulſus celer.

1. *Definitio.* Quando arteria brevi tempore ſpatium ſuum percurrit.

2. *Cognitio.* Si arteria de termino ad terminum celeriore impetu quam in homine ſano movetur, & nunquam ſolus reperitur, ſed illi vel magnitudo vel crebritas adjungitur.

3. *Cauſa continentes*, ſunt; uſus auctus, virtus mediocriter fortis & inſtrumentum molle.

4. *Iudicium* in ſanis calorem ex quacunq; cauſa. In ęgris affectionē calidā, & perpetuūſebris ſignū: ſi ſimul magus uſū

Pulſus celer, ejus definitio, cognitio, cauſa continentes, & judicium exinde.

Digitized by Google

auctum cum virium robore ſignificat: ſi ſimul frequens affectum calidum, qui vires jam debilitaret.

Aphor. 12.

Pulſus tardus, ejus definitio, cognitio, cauſæ continentes & judicium exinde.

Pulſus tardus.

1. *Definitio.* Pulſus tardus cum longo tempore arteria ſpatium ſuum percurrit.

2. *Cognitio.* Si arteria ſpatium ſuum tardiore quaſi greſſu permeet.

3. *Cauſæ continentes* ſunt vel virtus debilis vel uſus imminutus vel utraque cauſa concurrens.

4. *Iudicium* caloris paucitatem, uſumq; imminutum, & ſi ſimul langui-dus, vires non ſatis firmas.

Aphor. 13.

Pulſus frequens, ejus definitio, cognitio, cauſæ continentes & judicium exinde.

Pulſus frequens.

1. *Definitio.* Pulſus frequens, qui brevi quiete interpoſita perficitur.

2. *Cognitio.* Quando intervallum interunum & alterum ictum eſt brevius quàm in homine ſano, conſultius enim

eſt

eſt tyronibus brevitatem & raritatem, quaſi inſenſibilis ſit omnis contractio ita æſtimare.

3. *Cauſæ continentes* ſunt. Uſus auctus cum debilitate virtutis, vel cum duritie arteriæ.

4. *Iudicium.* Si ab uſu aucto perveniat non eſt languidus & durus, magnitudo & celeritas præceſſit, & maximum calorem denotat. Si à facultate debili vel arteriæ duritie, ipſa debilitas & durities in pulſu percipiuntur.

Aphor. 14.

Pulſus rarus, ejus definitio, cognitio, cauſæ continentes & judicium exinde.

Pulſus rarus.

1. *Definitio.* Pulſus rarus qui longâ quiete interpoſitâ perficitur.

2. *Cognitio.* Quando intervallum inter unum & alterum ictum longius eſt, quam in homine temperato.

3. *Cauſæ continentes* ſunt facultas fortis & inſtrumentum molle, vel uſus imminutus.

4. *Iudicium.* In ſanis temperamentum frigidius; In ægris morbum frigidum, cordiſque & contentorum in eo frigi-

frigiditatem; unde ſuſpectus, & plerumque pro malo ſigno habetur.

Aphor. 15.

Pulſus vehemēs, ejus definitio, cognitio, cauſa continentes & judicium exinde.

Pulſus vehemens.

1. *Definitio.* Pulſus vehemens, qui tangentis manum valdè, & cum renixu percutit, & quaſi tactum evertit.

2. *Cognitio.* Si manum preſſius applices, compreſſioni reſiſtit, quod illi proprium eſt.

3. *Cauſa continens* eſt virtus fortis.

4. *Indicium.* Quo fortior, eò majores vires ſignificat, & bonus eſt. Si verò ſit vehementiſſimus, facultatem fortem, & ſimul magnam irritationem ſignificat.

Aphor. 16.

Pulſus debilus, ejus deficio, cognitio cauſa continentes & judicium exinde.

Pulſus debilis.

1. *Definitio.* Pulſus debilis, qui debiliter manum tangentis ferit.

2. *Cognitio.* Quando pulſus minus quam in ſano renititur, tactuiq; facilè cedit.

3. *Cauſa continentes* ſunt virtutis debilitates quacunq; de cauſa provenie͂tes

4. *Iudicium:* vires debiles & ſpirituum diſſipationem, & ſimul parvus; vel earum oppreſſionem ab humorum copia

pia, & tum ſimul eſt inordinatus & inæqualis. *Aphor.* 17.

Pulſus durus.

1. *Definitio.* Pulſus durus cum arteria dura eſt & tactui reſiſtit.

2. *Cognitio.* Quando arteria tactui reſiſtens digitorum pulpas ſaltem comprimit, ſed ſi leniter tangatur arteria, nõ occurrit digitis, ut vehemens: Si verò fortiter comprimitur, non ita fortiter reſiſtit ut vehemens.

Pulſus durus, ejus definitio, cognitio, cauſa continẽtes & judicium exinde.

3. *Cauſa continentes* ſunt arteriæ durities undecunq; eæ ſint.

4. *Iudicium.* Arteriæ duritiem vel ex tenſione, à convulſionibus aut tumoribus; vel vaſorum repletione à flatibus aut humoribus, ut in inflammationibus; vel exſiccatione in febribus ardentibus, maraſmo, melancholiâ, & aliis cauſis exſiccantibus.

Aphor. 18.

Pulſus mollis.

Pulſus mollis, ejus definitio, cognitio cauſa continẽtes & judicium exin-

1. *Definitio.* Pulſus mollis, cum arteria mollis & facilè tactui cedit.

2. *Cognitio.* Si arteriam premas, facilè tactui cedit.

3. *Cauſa* continentes ſunt mollities arteriæ. 4. *Indi-*

4. *Iudicium.* In ſano vel potum immoderatum, balneum, vel ocium. In ægris humidum corporis habitum.

SECTIO SEPTIMA.

De ſignis prognoſticis.

APHOR. I.

Signorũ prognoſticorum diviſio.

HActenus egimus de ſignis diagnoſticis in genere & ſpecie, ſequuntur *ſigna prognoſtica* quæ quoq; in genere & ſpecie conſiderabimus. In *genere* quoad differentias & ſigna temporum morborum; In *ſpecie*, quoad morbi exitum, tempus & modum exitus.

Aphor. 2.

Signa prognoſtica in genere. Quoad differentias.

Signa prognoſtica in genere conſiderata juxta differentias vel ſunt coctionis & cruditatis, vel mortis & ſalutis indicia, vel critica.

1. *Coctionis & cruditatis ſigna* ſunt vel *propria* uni morborum generi ut ſputum in morbis thoracis, vel *communia* multis morbis ex urina, alvi excrementis, ſudoribus deſumpta.

2. *Mor-*

Digitized by Google

2. *Mortis & ſalutis ſigna ſunt*, quæ cùm urinis, & alvi excrementis excernuntur, ut ſudores, reſpiratio facilis vel difficilis, morbi tolerantia facilis, pulſus facilis, & decubitus decens, & conſueto ſimilis, vel his contraria.

3. *Signa critica* ſunt vel cauſæ & ſigna ſimul λυτήρια dicuntur, ut vomitus alvi excrementa, multitudo urinæ, ſanguinis è naribus fluxus, ſudores, parotides, decubitus tumorum ex uno loco in alium. *Signa tantùm*, ut delirium, vigiliæ, ſopor, dolor capitis, difficilis ſenſus, inquietudo, difficilis ſpiratio, tenebræ, ſplendores oculis oborti, lachrymæ involuntariæ, aurium ſonitus, nox absq; ratione moleſta, labri inferioris agitatio, vehemens rigor, facies, oculi rubeſcentes hypochondriorum retractatio, nauſea.

Aphor. 3.

Signa temporum morborum ſumuntur vel in genere vel in ſpecie: *Signa temporum morborū.*

1. *In genere* ſigna ſumuntur Prognoſtica 1. à morbi idea, nam quando motus morbi

morbi velocior eſt tanto propius ſtatum ad eſſe, morbumq; breviorem futurum indicio eſt. Quantò tardior, tantò remotiùs. 2. à tempore anni, regione, temperamento, & ſimilibus. Æſtate enim regione, temperamento, & victu calidioribus, virtute forti, qui accidit morbus, ſtatim habebit propinguiorē, & brevior erit. In frigidis contra. 3. à paroxiſmorum mutationibus, quorum reverſio, duratio & vehementia notanda. 4. à morborum ſymptomatibus, quæ ſi cum ſignis coctionis vehementia ſunt, neminem turbare debent; ſi verò cum cruditate contingant, periculum portendunt. 5. Coctio & cruditas certiſſima ſigna ſunt. Coctionis enim ſignum mox apparens, morbum brevem; cruditatis verò, vel longum vel lethalem ſignificat. Hactenus de ſignis temporum morborũ in genere, nunc in ſpecie.

2. *Signa temporum morborum in ſpecie* principium augmentum & ſtatum morbi indicant: 1. *Principium*, quamdiu crudis eſt morbus, & ſymptomata mitiora, ejuſq; finiti certum ſignum eſt manifeſta coctio, 2. *Augmentum*, quam

d

do coctio apparere incipit, & ſympto mata increſcunt. 3. *Status*, in quo ſunt omnia vehementiſſima, & maxima inter naturam & morbum pugna.

Aphor. 4.

Signa Prognoſtica *in ſpecie* conſiderata tria præſagiunt, morbi nempè exitum, tempus & modum exitus. *Morbi exitus* ex ſtatus futuri tempore (ſtatum enim ſi tranſeat æger, & illo morbo nullum amplius periculum eſt) & collatione virium aut morbi cognoſcitur.

Signa prognoſtica in ſpecie conſiderata.

1. *Collatione virium* à cauſis vel effectibus: cauſæ autem ſunt vel proximæ vel remotæ: *proxima* cauſa eſt naturalis partium conſtitutio in temperie, compoſitione & unitate, quæ quo longius receſſit, eò vires debiliores ſunt. Huc pertinent ætas, & ſexus; In fœminis, ſenibus, pueris, vires imbecilliores; in maſculis & juvenibus firmores ſunt. *Cauſæ remotæ* ſunt ea quæ aſſumuntur, geruntur &c. ſi moderata præceſſerint vel adſint, virium robur denotant; immoderata imbecillitatem ſignificant

Ratione morbi exitus.

Cau-

Digitized by Google

Cauſas ſequuntur *effectus*, qui ab actiónibus, excretis, & qualitatibus mutatis ſumuntur: *actiones*, quarum quantò plures, aut nobiliores, aut quantò magis læduntur, tantò magis vires languent. *Excreta*, quæ ſubſtantiâ, quantitate & qualitate maximè naturalibus ſimilia, naturam validam ſignificant. *Qualitates mutata*, quæ, quantò fuerint qualitatibus ſanorum propiores, tantò vires ſunt majores.

2. *Ex collatione morbi* ejus exitus cognoſcitur vel ab eſſentialiter inhærentibus, vel à cauſis; vel à ſymptomatibus. 1. *Eſſentialiter inhærentia* vel morbi formam, vel cauſas, vel ſubjectum inſequuntur. Sic morbus magnus periculum denotat. Et quò pauciora, vel leviora ſunt ſymptomata pathognomonica, eò minus morbi robur. Semper autem ſuſpecta eſt malignitas. Morbus in parte nobili, vel cum ea conſentiente, periculoſus. 2. *Cauſæ* ſunt vel efficientes vel diſpoſitiones vel juvantes: *Primò* afficientes ſunt vel externæ, ſi diu & vehementer in corpus agant, & præterea malignæ ſint periculoſum morbum indicant.

dicant, vel internæ, & ſunt vel corpora ſolida ut lapides tophi , a quibus orti morbi, præcipuè jam magnis exiſtentibus plerunq; incurabiles ſunt; vel corpora fluida, ſeu humores, qui ſi peccant tota ſubſtantia, ſi valdè putridi ſint, copioſi, qualitatibus noxiis præditi, crudi; in loco nobili hæreant , periculoſum morbum denotant: Morbi ex ſanguine orti plerunque ſalubres ſunt: ex bile flava vel pallida non adeò periculoſi ex porracea & vitellina, plerunq; lethales; morbi ex pluribus humoribus miſtis orti periculoſi; periculoſior morbus, à turgente humore provenit, quàm qui à quieto modo hic non ſit in parte principe. *Secundo* diſpoſitiones quæ præceſſerunt, conſideranda ſunt. Sic minus periculosè ægrotant, quorum vel naturæ vel ætati, vel conſuetudini, vel tempori ſimilis eſt morbus. *Tertiò* juvantia, ſive interna ſive externa, ſive à natura ſive ab arte facta, ſi juvant , & nocentia non noceant, morbum ſalutarem ſignificant. 3, *Collatio* morbi ſumitur etiam ex ſymptomatibus, quæ in genere: quò leviora ſunt aut naturæ magis ſi-

I milia

Digitized by Google

milia, eò morbus magis mitior eſt; in ſpecie conſiderentur actionis læſæ excretorum & qualitatis mutatæ ſymptomatum ſigna, quæ vide ſequentibus ſectionibus 8. 9. & 10.

Aphor. 5.

Tempus exitus morbi.

Tempus exitus morbi, ſicut morbi longitudo, quæ inprimis ex coctionis & cruditatis ſignis, morbiq; vehementiâ celeritate, aut tarditate cognoſcitur. Hæc enim duo diligenter conferenda ſunt.

Aphor. 6.

Modus exitus morbi.

Ratione modi exitus morborum ſciendum eſt morbos ſolvi ſolutione ſenſim vel ad ſalutem, quando morbi ſalutares per coctionem & alterationem procedente tempore finiuntur. Vel ad mortem; quando ſenſim calidum innatum conſumptione deficit.

Signa Prognoſtica criſeos in ſpecie vide Sectione 11.

SECTIO OCTAVA.

Signa prognoſtica ſymptomatũ facultatum.

De ſignis Prognoſticis ſalutem vel mortem prædicentibus, ſumptis à ſymptomatibus facultatis animalis, vitalis & naturalis.

Aphor.

Digitized by Google

APHOR. I.

Signa Prognoſtica deſumpta à ſymptomatibus facultatis animalis vel ex ſenſibus vel motu, vel vocis læſione ſumũtur. I. *Ratione ſenſuum* ſumũtur ſigna Prognoſtica vel ex ſenſibus internis vel externis: *Internis* in genere & ſpecie: *In genere* mente conſtare bonum eſt, præcipuè in morbis, quibus cerebrum vel per ſe vel per conſenſum afficitur; in aliarum verò partium affectibus, licet mente conſtare bonum ſit, tamen ad ſalutem non ſufficit, cum multi mente conſtantes moriantur. *In ſpecie* conſideratur delirium, ignorantia, ſomnus & vigiliæ: *delirium* & ſi nullum tutum ſit; tamen quod fit cum riſu ac bonis ſignis ac leve, nec continuum, tutius; quod continuum & vehemens, periculoſius; audax verò & temerarium, omnium peſſimum. Simul tamen & alia ſigna, inprimis pulſus, reſpiratio & appetitus conſideranda. *Ignorantia* ut & *oblivio* cũ rigore mala eſt: quæ tamen cum delirio accidit oblivio minus periculoſa eſt. *Somnus & vigiliæ*, ſi modum exceſſerint, malũ eſt, ſi tamen ante criſin coctâ materiâ vigiliæ accidãt, nihil mali denotant.

Signa prognoſtica ſymptomatũ facultatis animalis.

Senſuum internorum

Coma in vigore & principio morbi accidens malum. Hucuſq; egimus de ſignis ſymptomatum ſenſuum internorum, ſequuntur *externorum ſenſuum ſigna*: *viſus* inſtante criſi cum ſignis coctionis læſus, nihil mali ſignificat; Si verò ſine coctionis ſignis & poſt criſin malam accidat, periculo non vacat. *Auditus* læſio ob criſin bonam, mala non eſt; citra criſim vero mala eſt, & in acutis plerunque cerebrum læſum denotat; inprimis ea lethalis eſt, quæ viribus labaſcentibus accidit, aut à malis evacuationibus. Tinnitus aurium continuus, cum ſignis cruditatis, in die non critico, & viribus languidis, phrenitidem lethalem indicat. Alias in morbi vigore, & diebus decretoriis accidens, hæmorrhagiam narium ſignificat. *Olfactus* & *guſtus* læſus potius humoris peccantis, quam eventus morbi ſigna ſunt. Si tamen extincta facultate, æger guſtu privetur, lethale ſignũ eſt. *Stupor* in morbis vel humoris vitioſi ad cerebrũ delati vel caloris nativi extincti, indicium & malum ſignum eſt. *Dolores* mali ſunt, qui in initio crudâ ad huc materiâ partes principes affligunt, in primis in febribus

Senſuum externorum ſigna prognoſtica.

con-

continuis , & cum malis ſignis, morbusque ab iis non minuatur, vel mox evaneſcant vel à parte ignobiliori ad partes nobiliores aſcendant. Contra boni ſunt, ſi in partibus ignobilibus poſt coctionem accidant, non mox evaneſcant, atque inde ægri melius habeant. Dolorem in aliqua parte non ſentire, malum.

Motus ſigna prognoſtica.

II. *Signa motus* conſiderantur in genere & ſpecie: in *genere* corpora bene & rectè moveri, bonum eſt: In *ſpecie* conſideranda, laſſitudo, decubitus, convulſio, ſingultus, tremor, horror & rigor; torpor. *Laſſitudinis* eadem ferè, quę doloris ratio eſt.

Decubitus bonus eſt conſueto & naturali ſimilis, ſi æger in alterutrum latus decumbat, manibus, cervice, & cruribus parum inflexis, corpore erecto, non ad pedes prolapſo. Inordinatus contra & anxietas omnis mala, niſi critica ſit.

Convulſio eâ periculoſior, in quâ contractio vel vehementior, & diuturnior, quæ plures, & cerebro viciniores partes occupat, quæ reſpirationem difficilem & ſuſpirioſam reddit, à ſanguinis fluxu, aut hypercatharſi oritur, quæ fe-

Digitized by Google

bribus acutis accidit, quæ phrenitidi ſuccedit, ut & ileo, & vigiliis, Minus periculoſa, quæ pueris accidit; quæ ob nimium motum materiæ ad caput aut nervoſum genus facta eſt, aut propter morſum ventriculi, ab acrimonia humoris, aut medicamento, aut contentione in vomendo oritur, & non diu perſeverat.

Singultus convulſioni affinis, in morbis poſt nimiam inanitionem, & cum inflammationibus, & febribus ſemper periculoſus, inprimis in ſenibus; niſi criſis per vomitum futura inſtet: maximè, ſi ſigna alia periculoſa & lethalia conjũgãtur. *Tremor* malus eſt, qui in principio morborum, ſine cauſa evidente accidit, præcipuè longiorum, & alia ſymptomata gravià conjungantur, ut & in apoplexia & lethargo. Qui verò poſteà apparet tremor, & à criticâ humorum ab interioribus ad exteriora expulſione accidit, nihil mali denotat. Neq; etiam malus, qui paralyſi ſuccedit.

Horror & rigor in febribus, præcedentibus ſignis coctionis, futuræ criſeos indicia ſũt, & proinde boni, ſi evacuatio aliqua critica ſequatur. Aliàs in principio morbi

Digitized by Google

morbi, crudâ adhuc materiâ, aut cũ mala & difficili criſi, omnes mali ſũt. *Torpor* perpetuò malũ ſignũ eſt, & citra febrẽ, apoplexiã; in febribus, ob caloris nativi extinctionẽ, inſigne periculũ portendit

Vocis læſæ ſigna prognoſtica.

III. *Vocis læſiones* huc pertinẽt: clangoſa periculum minatur: aphonia ſi non diu duret, & critica evacuatio ſequatur, & ſi periculo nõ careat, tamẽ lethalis nõ eſt. Reliquę verò aphoniæ omnes ferè lethales ſunt, & eò pejores, qui periculoſioribus ſignis conjunguntur.

Aphor. 2.

Signa prognoſtica ſymptomatũ facultatis vitalis.

SignaPrognoſtica ſumũtur etiã à ſymptomatibus *facultatis vitalis* ejus enim robur aut infirmitas ad ſalutẽ vel mortẽ prædicẽdã maximi momẽti eſt, inprimis innoteſcit ex pulſu, ſymptomatibus cordis, & reſpiratione. I. *Ex pulſu ſumũtur ſigna* quæ ſequẽtia prẹſagiũt, quãdo pulſus eſt languidiſſimus, tardiſſimus, & rariſſimus, omnium peſſimus eſt, ſi ſcil: à morbo, nõ verò à cauſa externa proveniat. Poſt hos minimus, & molliſſimus, & duriſſimus poſteà frequentiſſimus, at non celerimus neq; maximus. Solus in externis optimus eſt vehementiſſimus. Pulſibus tamẽ & alia ſigna conjungenda ſunt.

Ex pulſu

Ex ſymptomatibus cordis.

II. *Ex ſymptomatibus cordis* ſigna ſumuntur ut palpitatione, lipothymia, ſyncope, quæ facultatis vitalis dejectionem & ſummum periculum indicant, ſi accidant ob cor per ſe affectum, non ob conſenſum, licet & tum non adeò bona ſint.

Ex reſpiratione.

III. *Ex reſpiratione* ſigna ſumuntur vel in genere vel in ſpecie. 1. *In genere*, reſpiratio facilis & ſecundum naturam, magnam vim habet ad ſalutem in omni morbo, qui cum febre infeſtat, prædicẽdam, præſertim ſi alia bona ſigna adſint. Reſpiratio verò præter naturam, licet ſemper lethalis non ſit, tamen ſemper mala eſt: peſſima verò, ſi cum aliis malis ſignis conjungatur. 2. *In ſpecie* reſpiratio

Magna & velox, magnam fuliginoſorum excrementorum copiam, organa tamen prompta, & facultatem adhuc fortem ſignificat.

Magna & tarda, ſolis mente motis contingit.

Magna & frequens, dolorem, aut inflammationem partium reſpirationi inſervientium ſignificat.

Parva & velox fuliginoſi excremen-

tis

ti copiam, verùm cum dolore, aut inflãmatione alicujus ex organis reſpirationi dicatis.

Parva & tarda non multum fuliginum, cum dolore aut inflammatione alicujus organi reſpirationis, & cum malis ſignis, non parum periculi portendit.

Parva & obſcura perpetuò mala eſt, & exſolutionem ſignificat.

Parva & rara omnium peſſima eſt, quia facultatis ſummam debilitatem indicat, & ſi ſpiritus frigidus ore & naribus exſpiretur, ad modum exitialis eſt.

Extendens, obſcura & ſublimis morti proxima.

Cum ſtertore reſpiratione peſſima eſt.

Aphor. 3.

Signa Prognoſtica *facultatis naturalis* quoq; ſunt obſervanda, facultatis autem naturalis integritas per opera (de quibus ſectione ſequenti) cognoſcitur. Hoc loco agemus de læſo appetitu cibi vel potus. *Signa Prognoſtica ſymptomatum facultatum naturalis.*

I. *Cibi*; bene cibum appetere, idque à cauſa naturali, & quæ offeruntur facilè ferre, bonum ſignum eſt; contra ciborum appetentia dejecta, mala eſt.

Digitized by Google

VI. *Potus.* Non ſitire in calidis & ardentibus morbis perpetuò malum, & delirium ſignificat, vel exſolutionem facultatis appetentis, vel utrumq;. Sitire in morbis calidis malum non eſt: nimium verò ſitire etiam bonum non eſt.

SECTIO NONA.

Signa Prognoſtica ſymptomatũ excretorum & retentorum eorumq; Diviſio.

De ſignis prognoſticis ſalutem vel mortem prædicentibus, à ſymptomatibus excretorum & retentorum, urinis nempè, alvi dejectionibus, vomitu, ſudoribus, hæmorrahgia narium, ſputo, abſceſſibus ſumptis.

APHOR. I.

Signa Prognoſti ꝏ ex urinis.

Signa Prognoſtica ex urinis conſiderantur quoad earum ſubſtantiam, colorem, quantitatem, & contenta.

I. *Urinæ ſubſtantia* ſequentia ſigna præbet. 1. Bonitas cum colore bono ſalutem promittit. 2. *Tenues* urinæ cum colore bono ſalutem quidem pollicentur, morbum tamen, qui longius tempus ad coctionem requirat, indicant.

3. *Urina*

3. *Vrinæ* tennes & rùffæ crudum morbum ſignificant, & propterea periculoſum, inprimis ſi diu durent. 4. *Vrinæ craſſæ*, quæ poſt principium minguntur, bonæ ſunt, ſi prius tenues fuerint. 5. *Vrinæ*, turbidæ non reſidentes, ſi quidem vires conſtent, longum morbum arguunt, ſi imbecilles, mortem: quæ verò poſteà clareſcunt meliores ſunt, calorem enim coctionem inchoaſſe oſtendunt. *Signa prognoſtica ex urinis.*

II. *Ratione caloris* urinæ vel bona vel mala eſt: bona ſubruffa, ſubcrocea, ſubhutea, ſubrubra, cum ſedimento ſub rubro. Mala eſt.

Pellucida & alba, maximè in phreneticis, inprimis ſi poſt principium appareant, ac diu perſeverent, mala.

Nigra in acutis, niſi criticè excernatur ſemper maximum periculum denotat.

Oleoſa poſt nigras peſſima.

Vrinæ virides ſi in ſanis ſubitò appareant, cum cordis morſu, veneni hauſti indicium ſunt mortemq; indicant. In febribus verò lethale ſignum ſunt, inprimis ſi in principio morbi appareant. His accedunt urinæ lividæ.

III. *Quoad quantitatem urinæ* vel paucæ vel multæ ſunt: *Paucæ* in febribus acutis malæ. *Multæ*, omnes in principio morborum improbantur, ut & tenues & multæ; & multæ craſſæ non reſidentes, nihilq; juvantes.

IV. *Contenta urinæ* quoq; inſpicienda ſunt. Malæ enim ſunt urinæ, quæ neq; ſedimentum, neq; eneorema, neq; nubeculam, aut eam nigram habent, niſi æger inediam paſſus fuerit, aut vigilaverit aut corpus valdè bilioſum ſit. Craſſæ absq; ſedimento, periculoſæ ſunt: malum ſedimentum farinaceum; deterius, ſquammoſum: furfuraceum, adhuc deterius; malum, urinã ægris inſciis reddi.

Aphor. 2.

Signa prognoſtica ex alvi dejectionibus

Alvi dejectiones vel ventriculi & inteſtinorum præcipuè, coctionem indicant, vel humores ad inteſtina confluentes manifeſtãt, quoad prius *Bonæ* ſunt, ſi molles & conſtantes, tempore ſanitatis conſueto excretæ, copiâ ingeſto cibo reſpondentes ſunt: Si verò quoad poſterius humores vitioſi ad inteſtina confluentes excernantur criticè, cum ſignis coctionis, in ſtatu ægriq; alleviatione, bonum.

Malæ

Mala verò ſunt dejectiones. 1. *quoad ſubſtantiam* & quantitatem, ſiccæ enim dejectiones, igneæ caliditatis, & ſi præterea nigræ, ardentis circa medium corporis affectionis indicia ſunt. Liquidæ admodum malæ non ſunt ſi alias bonæ dejectionis notas habeant, ſi nec ſtrident, nec crebrò aut paulatim excernuntur. Aquoſæ priori pejores ſunt, & à majori cruditate ortum habent, unde in morbis bilioſis, cum urinis malis, lethalis eſt: in mitioribus verò longum morbum ſignificat. Exiguæ glutinoſæ, candidæ, læves, & pingues dejectiones damnantur, ita & ſincere in acutis. Spumoſæ in acutis & bilioſis malæ cenſentur. *Interdum* à capite materiam, ſi ſimul albæ ſunt, defluere ſignificant. 2. *quoad colores*, excretiones albæ vel meatus, per quem bilis ad inteſtina deſcendit, obſtructionem, vel motum bilis ad partem nobiliorem, ut cerebrum, in ejus inflammationibus portendunt. Rubræ, quarum quinque genera per ſe pernitioſæ ſunt: tamen, ſi poſt naturæ victoriam excernantur, potius ſpem propinquæ ſalutis præbent. Nigræ, ſi à

 ſangui-

ſanguine concreto, vel humore melancholico fiant, non ſemper malæ. Si verò ab atra bile ſincera procedant, lethales, nihil aliorum humorum admiſtione, bilis atra tẽperetur. Virides & æruginoſæ, quæ à bile æruginoſá ad atram tendente proveniunt, pernitioſum morbum indicant; Si à parte aliqua principe, & viſcere eryſſipelate laborante, excernantur. Lividæ partium inferiorum vehemens frigus, & velut mortificationem ſignificant. Verſicolores excretiones malæ ſunt. 3. *quoad odores* dejectiones fætidæ omnium ſunt peſſimæ, & paucis ſervantur, quibus in febribus acutis fiunt fætidæ, lividæ, pingues, flavæ, quaſi in jure pingui luteum ovi cum magno fætore injectum eſſet; colliquationem enim, & ſummam putredinem ſignificant.

Aphor. 3.

Signa prognoſtica ex vomitu.

Signa prognoſtica ex vomitu eum vel bonum vel malum eſſe præſagiunt: *bonus* eſt, ſi criticè fiat, naturæ morbi reſpondeat, morbumque tollat vel imminuat, ac bilis cum pituita miſta ſit. *Malus* eſt ſi in principio morbi, & materiâ

nondum

nondum concoctâ accidat, morbumque non tollat; atque eò pejor eſt, ſi alia mala ſigna adfuerint, qualia ſunt, vomitiones ſinceræ, porraceæ, lividæ, nigræ, graveolentes ab ileo, exiguæ. Si ſanguis ſine febre evomatur, bonum; ſi cum febre malum.

Aphor. 4.

Sudorum alii boni alii mali ſunt: *boni*, qui coctione jam factâ die decretorio, & plerunque præcedente vigore accidunt, calidi, copioſi, ex toto corpore fluunt, morbumque tollunt. *Mali*, accidunt morbo adhuc crudo, & nimis copioſi, vel pauci aut frigidi ſunt, qui non ex toto corpore exeunt, morbumque nec tollunt nec levant; æquè malus eſt ſudor circa caput, vel frontem, ſive calidus, ſive frigidus ſit, præſertim ſi frigidus ex toto corpore exeat, à ſolidarum enim partium emortuo calore accidit. *Signa prognoſtica ex ſudoribus.*

Aphor. 5.

Hæmorrhagia narium vel bona vel mala eſt: *bona* quæ cum ſignis coctionis, in ſtatu die critico accidit, larga eſt non tamen nimia, ſed cum εὐφορίᾳ ægri, in *Signa prognoſtica ex hæmorrhagia nar-*

jis,

Digitized by Google

iis, quorum naturæ ſanguinis excretio convenit ut acutis, & è directo partis laborantis fluens. *Mala*, quæ in principio vel augmento evenit, niſi larga ſit & alia bona ſigna adſint; *ſtillicidium* malum, ſi ex materiæ pravitate, multitudine, virium imbecillitate, aut his omnibus accidat, præcipuè initio, aut quarto die, ſi ſanguis niger ſit, & ſincerus. Si verò ſigna coctionis præceſſerunt, morbusq; per ſe ſalutaris, & ita futuræ creſeos indicium ſit, malum ſignum non eſt.

Aphor.6.

Signa prognoſtica ex ſputo.

Sputum in thoracis affectibus vel bonum vel malum eſt: *bonum*, ſi coctum, album, æquale, facilè, breviori temporis ſpatio, & ſine inſigni dolore eſt, & magna tuſſi ejicitur: ſi enim intra primos tres dies tale appareat, morbus ultra ſeptimum non extendetur. *Malum* verò eſt, ſi nihil, vel parum, vel crudum exſpuitur, aut flavum eſt, pejus viride, peſſimum nigrum, inprimis, ſi ſincerum ſit, tardius appareat, & cum magna difficultate ejiciatur. Malum etiam valdè cruentum, quod vel à bilis eroſione,

ſione, vel à ruptione vaſorum provenit.

Aphor.7.

Abſceſſus decretorii vel boni vel mali ſunt: *Boni*, ſi cum ſignis coctionis, aliiſque bonis appareant, die decretorio, loco à membris nobilibus remoto erumpunt, naturâ boni ſunt, perſeverant, ſuppurantur, ægroſque juvant. *Mali*, ſi ſine ſignis coctionis erumpunt, crudâ adhuc materiâ, & die non critico: magni, vel parvi nimis, digitos manuum aut pedum occupant, lividi ſunt, vel nimis rubentes, nigricantes, ſine evacuatione evaneſcunt, non benè ſuppurantur, partem quam occupant, vel totum corpus in periculum conjiciunt.

Signa prognoſtica ex abſceſſibus decretoriis.

Aphor.8.

Effluens ſanguis excipiendus, mundis, terſiſque pelviculis, terrenis, vitreis, ſtanneis aut argenteis, non item æneis, ne ab his vel propriæ ſubſtantiæ vel coloris vel alterius qualitatis converſionem ſubeat, quæ noſtrum de corporis affectione judicium pervertat: ſint & pelvi-

Signa prognoſtica ex emiſſo ſanguine per venæ inciſionem.

Digitized by Google

pelviculæ multæ in quibus ſanguinis varietas diſpici ac diſtingui poſſit. Seponantur loco mundo, quo nec pulvis nec fumus, nec ventus, nec ſolis radii pertingant.

Omnium prima in his obſervabitur *ſanguinis ſubſtantia*. Viſcoſus eſt, qui lente fluxit & tanquam glutinum digitis obhæret, quarum neutrum efficit probus ac mediocris. Craſſus erit & denſus, multaſque fibras habet, qui ocyus concreſcit atque conglatiat, hic obſtructionum aliorumque indè morborum fit author. Qui tardius concreſcit, ac dureſcit, tenuis eſt: qui verò jam refrigereſcens minimè dureſcit, is omninò vel aquoſus, vel putridus eſt, cujus fibræ omnes direptæ atque corruptæ evanuerunt: id ipſum planius diſtinguit fiſſio: Craſſus & compactus difficilè finditur, tenuis, facilè: putridus verò non finditur, verum ſimul atque attingitur, totus in partes exiguas diſcernitur.

Serum multum tanquam aqua citrina concreto ſanguini innatans, vel potum liberaliorem, vel jecur infirmum, quale

Hydro-

Digitized by Google

Hydropici vel imbecillos renes, vel eoſdem obſtructos oſtendit, quibus ex cauſis redundans in venas, ſanguini permiſcetur. Hunc tamen non eo prorſus deſtitui par eſt, velut in his qui frugalius bibunt, aut immoderatius ſe exercent: craſſeſcens enim ſanguis difficile in tenues venas diſtribuitur, eaſque promptè intercludit.

Spuma innatans, niſi fluoris impetu nata ſit, incendium atque fervorem ejus humoris oſtendit, cujus calorem præ ſe fert: Rubra, quidem ſanguinis: Citrina, bilis, Alba, pituitæ: Livida melancholiæ. Dureſcentis ſanguinis color, per ſumma Rubicundus, boni utiliſque ſanguinis eſt index: Ruber quidem ac lucidus ardentis, qualis eſt arteriarum, Ruber verò & obſcurus, mediocris, qualis eſt venarum. Color citrinus bilem; albus, pituitam; viridis, bilem retorridam. Lividus aut plumbeus, atram bilem cum pernicie ut diſparium colorum permiſtio: varios humores exuperare commonſtat: qui an etiam putridi ſint nec ne, ſanguinis ſubſtantia palam facit.

Sangui-

Digitized by Google

Sanguinis parte ſumma innatat non-nunquam pingue quoddam & adipoſum, inſtar telæ araneæ cohærens. Hoc ſi admodum pingue & obeſum corpus eſt, ex ipſo ſanguine cauſam habet, qui eſt in adipem pronus. Sin corpus ſtrigoſius fiat minuſque opimum, idipſum colliquari & marceſcere, portendit.

Ima parte concreti ſanguinis ſubſidet, quod terrenum magis eſt atque fæculentum. Id cum finditur ſæpius apparet vel rubrum, obſcurum, vel nigrum, vel lividum, vel viride: unde humoris, qui ſanguinem perfundit, naturam videre eſt: atque ex coloris copia, aſſequi, quantum unuſquiſque humor in venis abundet.

Si diffiſſo ſanguine grana quædam arenularum æmula, offendantur; ajunt vel Elephantiaſin, vel propenſionem ad hanc notari: quanquam obſervantibus raro tale quiddam deprehenſum eſt.

Rarum eſt ſanguinem à venis graveolere: quod ſi contigerit, putredinis corruptioniſque deploratæ eſt indicium.

Detractum ſanguinem nemo deguſtarit; at ſi cui in os fortè incidet, dul-

eiſque

eiſque apparebit, ſecundum naturam eſt: qui amarus, bilioſus: acidus & ſtipticus, melancholicus: inſipidus, pituitoſus: Salſus pituita ſalſa perfuſus.

Sanguinis ſubſtantia atque colore animadverſis, conferendæ invicem erunt pelviculæ: quæ ſi omnes optimum ſanguinem æquabiliter exhibeant, credibile eſt reliquum in venis ſimilem haberi, illum tamen detrahendum fuiſſe, quod multitudine peccaret, quæ una corpus gravat, ſenſus offundit, & in putredinem, aut ingraviorum malorum pericula conjicit. Si vitioſus & impurus ſanguis conſpicitur, multo etiam utilius eductus eſt, ut qui & copia & qualitate moleſtus corpori negotium faceſſeret: ſed & poſthac diligentius vacuari corpus debet, aut pharmaco, aut venæ Sectione. Non tamen quo impurior ſanguis, aut crudior, alieniorvé à ſua natura longius deſciverit, eo plus detrahes vulgarium & malorum Medicorum more: ſed quantò humores, citra ultrave ſanguinis naturam longius receſſerint, tantò parcius & cunctantius hauriendum de ſanguine: quumque longiſſimè

ſimè ab ejus forma abeſſe, deprehendetur, in totum erit à phlebotomia abſtinendum.

Si qui prius manavit ſynterus, qui autem poſterius, pravus exiſtit, multi hujuſmodi reſident humores in corpore, proba victus ratione, idoneiſq; vacuationibus exterminandi. At ſi hoc ex phlegmone accidit, bono eſſe ſolet, nẽpe indiciũ completæ & integræ vacuationis quæ morbi materiam ex affecta ſede extirpavit. Si poſtrema pelvis purior eſt primis, conſumata eſt vacuatio, quæ ſanguinem vitioſum omnẽ detraxit, dum utilis ac bonus dimanaret.

Sanguis intepeſcentem aquam effuſus divulſis ſecretiſq; ſubſtantiis multa profert. Craſſior, ſanguinis portio & fibroſa, ſubſidet in imo, quæ pura & ſecundũ naturam eſſe judicabitur, ſi lucida, tenuis, ſubalbida & cohærens fuerit. At craſſior craſſum etiam ſanguinem ineſſe: obſcura & nigra, aliové infecta colore, ſanguinem vitioſorum humorum fæcibus inquinari commonſtrat, quos ipſa coloris differentia diſcernit. Si parũ illa cohæret, diſtractaq; facilè dilaceratur;

tur, ſummę putredinis eſt argumentum. Hæcq; in ſāguinis miſſione ponderāda.

SECTIO DECIMA

De ſignis prognoſticis ſalutem vel mortem prædicentibus à ſymptomatibus qualitatum mutatarum totius corporis & partium, ſumptis.

Signa prognoſtica qualitatum mutatarum eorumq; diviſio.

APHOR. I.

Signa prognoſtica qualitatibus mutatis totius corporis ex Habitu.

Signa prognoſtica ſumpta à qualitatibus mutatis, totius corporis vel ex habitu vel colore mutato, conſiderantur:

Habitus, ſi ſano non multum diſſimilis reddatur, *bonum* ſignum eſt. Nihil tamen ferè in morbo mutari, etiam bonum ſignum non eſt. *Malum*, corpora extenuata in declinatione, cibo non refici, ob metum recidivæ, aut in acutis morbis, ob calorem hepatis debilitatum intumeſcere & inflari, niſi criticè humores aliquo detrudantur, ut ad pedes.

Color mutatus in ictero, *bonum* ſignum eſt in febribus, ſi fiat à natura humorem bilioſum criticè ad ambitum corporis, cutemque expellente, præ-

greſſis

greſſis ſignis coctionis : *malum* verò, ſed non lethale, ſi ante ſeptimum diem accidat, coctione nondum abſolutâ, inprimis, ſi alia ſigna mala, aut nulla alia evacuatio accedant.

Aphor. 2.

Signa prognoſtica à qualitatibus mutatis corporis partium, eorumq́ue diviſio.

Signa prognoſtica ſalutem vel mortem prædicentia à qualitatibus mutatis corporis partium ſumuntur, vel in facie, oculis, naſo, auribus, dentium ſtridore, linguâ, faucibus, collo, hypochondriis, extremitatibus corporis, vel odore.

Aphor. 3.

Signa prognoſtica ex facie.

Facies conſideratur vel quoad ſubſtantiam, vel quoad colorem:

Quoad ſubſtantiam, ſi facies benevalentium ſimilis ſit, certum ſignum ſalutis exhibet : licet in acutis interdum morbi longitudinem denotet; maximè verò contraria ſanæ, vitioſiſſima eſt, qualis eſt facies Hippocratica dicta, in qua naſus acutus, cavi oculi, adſtricta tempora, aures frigidæ, contractæ, & fibræ earum inverſæ, cutis circa frontem dura, intenta, arida, & color totius vultus viridis, aut niger. Quæ faciei mutatio maximè lethalis eſt, inprimis in

in principio morbi, niſi à cauſâ evidente talis evaſerit, & per diem & noctem emendetur.

Quoad colorem, ſi facies coloratior ſit, niſi, hæmorrhagiæ narium, aut abſceſſus poſt aures futuri ſit indicium, malum ſignum eſt, & cerebro valdè calidam affectionem denotat. Maxillarum & faciei color viridis, lividus aut niger, caloris nativi exſtinctionem ſignificat, inprimis, ſi citius appareat, & abſque cauſa evidenti; vehementiſſimum enim morbum denotat.

Aphor. 4.

Signa prognoſtica *ex oculis* ſumpta vel bona vel mala ſunt: *Signa prognoſtica ex oculis.*

Bona, ſi populi ſanorum ſint ſimiles, colore naturali, pleni, ſplendidi, & lumen ſine moleſtia ferant, palpebræ rectè aperiantur, & claudantur, & ſine lachrymis & excrementis præternaturalibus ſint.

Mala ſigna ſunt niſi critica ſint, *ſi oculi lucem refugiant*, alias nihil mali patientes, & cerebrum læſum, ſpirituum diſſipationem, & viris, inprimis caput debile ſignificant. *Si cavi ſint*, abſum-

pta, quæ orbitam oculi replet, ſubſtantia à morbi caloriſque febrilis magnitudine. *Si tumidi reddantur*, & quaſi promineant, vel muſculorum reſolutionem, vel copiam humorum, vaporum, ex ſpirituum illuc confluentium, cerebrique inflammationem denotant. *Si feroces & horridi ſint*, delirantium & phreneticorũ proprij, plerunque convulſionis, vel etiam mortis cum aliis ſignis malis, indices. *Fixi & ſtabiles*, quos concretos dicunt, convulſionem, & cum malis ſignis, mortem ſignificant. *Inſtabiles*, id ex muſculis, oculi tremore, propter mordicationem à bilis fervore, vel cerebri inflammatione aut delirio provenit. *Si pervertantnr*, convulſionem, & hinc maximum periculum, ſi febri ardenti ſupervenerit, præcipuè ſi alia mala ſigna conjungantur. *Si alter altero minor fiat*, facultatem eum regentem extingui ſignificat. *Si candidum oculi evadat* rubrum, & copiam, fervoremque ſanguinis in cerebro & membranis vel inflammationem earum ſignificat, niſi criticum ſignum ſit. *Si oculi venulas lividas* & nigras habeant, malo-

Digitized by Google

malorum humorum copiam ad cerebrum aſcendere, caloremque nativum extingui ſignificant. *Lachrymæ oculorum* involuntariæ, certam virtutis retentricis imbecillitatem ſignificant, interdum criſin. *Pituita circa oculos* concreſcens damnatur. *Oculi non planè clauduntur*, vel ob muſculorum oculi convulſionem, vel facultatem adeò debilem, ut palpebras attollere nequeat. *Si oculi non videant*, peſſimum eſt, & ſi inbecillo corpore hoc accidat, in propinquo mors eſt.

Aphor.5.

Naſus acutus damnatur, nam magnam virium imbecillitatem arguit. *Si pervertatur*, malum, & convulſionem indicat. *Si pruriat* præter conſuetudinem, niſi imminentem hæmorrhagiam pronunciet, futurum delirium portendit, propter humorum & vaporum ad caput ruentium copiam, *Signa prognoſtica ex naſo.*

Aphor.7.

Aures lividæ, nigræ contractæ & frigidæ lethale ſignum præbent, idque ob calorem extinctum. *Signa prognoſtica ex au-*

Aphor.7.

Signa prognoſtica ex dentium ſtridore.

Dentium ſtridor non conſuetus, inſaniam, & mortem ſignificat; humorem glutinoſum dentibus adhærere, malum.

Aphor.8.

Signa prognoſtica ex lingua.

Lingua ſanorum ſimilis, in acutis optimum eſt. Arida, dura, & nigra, periculum indicat, ſi cum aliis ſignis malis apparet, ægerque non ſitiat: vel enim delirii, vel extinctæ facultatis, & proinde mortis ſignum eſt.

Aphor.9.

Signa prognoſtica ex faucibus.

Fauces exulceratæ cum febre difficiles ſunt, indicant enim humorem erodentem: in acutis faucium ſine tumore dolores & puſilli, & ſtrangulantes, pernitioſi; phreneſin enim minantur.

Aphor.10.

Signa prognoſtica ex collo.

Collum ſi febre detento repentè intorqueatur, ac vix deglutire queat, nullo exiſtente tumore, mortiferum.

Aphor.11.

Signa prognoſtica ex Hypochondriis.

Hypochondria

Dolore vacantia, mollia, & æqualia ex utraque parte, non extenuata, bonum. *Tenſa* interdum criſin prænunciant,

Digitized by Google

ciant, ſed tum alia ſigna critica ſimul adſunt.

Inflammatione aut dolore vexata, intenta, aut inæqualia aut extenuata, malum. Aut enim ingentem quandam ſiccitatem, aut flatum, aut inflammationem partis in iis ſignificant.

Pulſantia, perturbationem, & cum oculis inſtabilibus, delirium ſignificāt, niſi talis pulſus criſin præſagiat. Nam aut diaphragma inflammatum, aut flatus multi ex humore efferveſcente in caput elevantur.

Aphor. 12.

Extremitates corporis ſic

Algeant in febribus continuis, internè verò urantur & ſitiant, lethale eſt. *Signa progno-ſtica extremitatum corporis.*

Corpus omne æqualiter calidum, & molle, optimum eſt.

Ungues ac *digiti* lividi, aut nigri, ſi corpus ſimul grave, malum & plerumque lethale eſt: ſed tum alia ſigna conſideranda; ſi enim æger facilè ferat, & aliud ſignum ſalubre adfuerit, ſpes eſt morbum ad abſceſſum vergere, ita ut æger ſit convaliturus.

Digitized by Google

Si *genitale* ac *teſtes* convellantur, dolor vehemens, & mors ſignificatur.

Aphor. 13.

Signa prognoſtica ex odoribus.

Odores, qui ex corpore exſpirant, ſi ſecundam naturam ſunt, robur ejus monſtrant. Si præter naturam, & præcipuè, ſi valdè fætidi ſunt, ſummam indicant putredinem, & periculum.

SECTIO VNDECIMA

De Criſi.

APHOR. I.

Criſeos definitio & diviſio.

CRiſis eſt ſubita ac repentina in febribus, præcipuè acutis, ad ſalutem vel mortem mutatio. Ejus conſiderantur; cauſæ, differentiæ, ſigna, modus, tempus & dies.

Aphor. 2.

Criſeos cauſa.

Criſeos cauſa duplex eſt, vel conturbationis vel evacuationis:

Cauſa conturbationis, eſt criticorum illorum ſymptomatum congeries, ab agitatione ac moleſtia humorum, quam corpori pariunt, proveniens. Agitationis autem illius cauſa eſt vel externa, aſtrorum ſcil. influxus, vel interna, tum naturam, tum materiam irritans.

Evacua-

Evacuationis cauſa eſt vis expultrix, quæ vel copiâ, vel qualitate materiæ irritata, id, quod moleſtum eſt, criticè expellit, ope fibrarum & præcipuè ſpirituum, calidi minati.

Aphor. 3.

Differentiæ criſeos generales quatuor ſunt: *vel enim* æger ſanitatem priſtinam illicò recuperat, *vel ſubitò* moritur; *vel quandam* ad ſalutem, vel mortem mutationem ſubit: quarum tres cauſæ ſunt, naturæ robur vel debilitas, morbi natura, & materiæ, quæ expelli debet, conditio. Ex his aliæ differentiæ oriuntur, eſtque criſis bona, vel mala: perfecta, imperfecta: fida, infida: tuta vel periculoſa: εὔσημος vel ἄσημος. *Criſeos differentia.*

Aphor. 4.

Criſeos ſigna conſiderantur vel in genere vel in ſpecie: in *genere*, fiunt tantum criſes in morbis acutis, & magnis, à materia calida, tenui, & acri ſortis, concurrentibus viribus ſuo modo robuſtis. Ad prænoſcendam autem criſin, faciunt turbationes quædam in corpore, & novitas ſuperveniens, vel cir- *Criſeos ſigna.*

ca reſpirationem, vel circa mentem, vel viſum, vel circa aliquid eorum, quæ ſummatim critica ſigna nominantur.

In *ſpecie* criſes ſunt vel optimæ vel malæ vel ab optimis declinantes.

Criſis optimæ ſigna ſunt 1. quando critica ſigna præceſſerunt. 2. *coctionis* ſigna præcipuè in urinis, & alvi excrementis præceſſerunt. 3. *quod* die indicatorio monſtrata fuit. 4. *quod* die critico accidit. 5. *quod* naturæ morbi conveniens ſit excretio. 6. *quod* æger poſt criſin febre ferè liberatur, & ſymptomata remittunt, & in ſtatus fine accidit.

Criſeos malæ ſigna ſunt contraria.

Criſeos ab optima declinantis ſigna ſunt, quando exquiſitæ coctionis ſigna non præcedunt, neque eveniunt in ſtatu, aut paulo ante ſtatum, nec fiunt die critico, evacuatio non planè morbo reſpondet, ægerque non benè fert, morboque non levatur. Inter cæteras tamen evacuationes imperfectas, melior eſt hæmorrhagia.

Aphor. 5.

Criſeos modus per *Criſeos modus* accidit vel per excretionem vel per translationem:

Modi

Modi criſeos per *excretionem* ſigna conſiderãtur vel in genere vel in ſpecie. *Excretionem.*

In *genere* ſciendum eſt an excretio ſit futura & quales excretiones ſint; *an ſit futura*, docet morbi ſpecies, motus, tempus anni, ægri natura, & ætas. Nam ſi morbus ſit valdè acutus, ex tenui & acri materia, & criſis primis diebus ſpectetur, ſi natura ſit fortis, pulſus altus, viæ apertæ naturæ ſudori, vel alii evacuationi aſſueta, ſi æſtas, per excretionem criſis futura eſt. *Quales excretiones* ſint cognoſcitur cum evacuatur humor peccans, & quidem coctus, debitâ quantitate, die critico, juſto modo, confertim, & per loca conferentia; tales excretiones bonæ ſunt, malæ verò evacuationes contrario modo ſe habent. *In genere.*

Aphor. 6.

Modus criſeos per excretionem in ſpecie conſideratus abſolvitur vel per hæmorrhagiam narium, ſudorem, vomitum, alvum, urinam, menſes, hæmorrhoides, & plura loca. *In ſpecie.*

I. *Hæmorrhagiæ futuræ* & præſentis ſigna ſunt, cum hypochondria primum abſque dolore tenduntur, hinc reſpira-

tionis difficultas non diu durans, quam ſequitur dolor capitis, & cervicis, pulſus vehementior, arteriæ temporum incantes, facies & oculi rubicundiores, lachrymæ invitæ, ſplendores aut caligo ante oculos, delirant, & rubra ſpectra oculis obverſantur: tandem jam inſtante hæmorrhagiâ nares ſcalpere incipiũt, quæ omnia certiora ſunt, ſi conſentiant ætas, & natura ægri, & præſens aëris conſtitutio. Non opus autem eſt ut omnia ſemper adſint, ſed duo aut tria ſufficiunt.

2. *Sudorem*, quod frequentiſſimè fit, præcedit urinæ ſuppreſſio, rigor, & aliarum excretionum ſigna abſunt, pulſus jam erumpente ſudore fit mollis, & undoſus, exteriora calent, cutis eſt mollis, cum vapore calido erumpente.

3. *Vomitum* præſagit motus humorum ad ventriculum, unde ventriculi morſus, cum dolore capitis, vertigine, tenebræ, agitatio labij inferioris, multum eſt tenue ſputum, nauſea, rigor, hypochondriorum frigiditas, pulſus durus, & inæqualis difficultas ſpirandi.

4. *Alvus*, nullum proprium ſignum habet,

habet, ſed ſi deſint ſigna reliquarum excretionum, adſit ructus & inflatio ventris, lumborum dolor, genuum gravitas, & interdum laxa alvo, urina ſupprimitur.

5. *Urinam præſagiunt*, ſi abſint ſigna reliquarum, ægri non valdè ſunt inquieti, circa veſicam inflationis ſenſus, & hypochondriorum gravitas, urinæ incipiunt augeri, & cum ardore quodam alvus retinetur.

6. *Menſes inſtant*, ſi reliquarum ſigna abſint, inſtet tempus menſium percipitur æſtus, lumborum, hypochondriorum tenſio, dolor, & alia quæ menſiũ inſtante fluxu familiariter eveniunt.

7. *Hæmorrhoides* futuræ, ſi ægro familiares, & reliquarum ſigna abſint, percipitur æſtus, aut dolor circa ſpinam dorſi, tenſio lumborum, & per eas rarius criſes fiunt.

8. Si excretio *per plura loca* fit, tunc plurium excretionum ſigna animadvertuntur.

Aphor. 7.

Diximus ſuperiori aphoriſmo quinto, criſeos modum per excretionem aut tranſlationẽ abſolui, excretionis hactenus mentionẽ fecimus, reſtat ut agamus *Criſeos modus per tranſlationẽ.*

 de

de *translatione* ſeu *terminatione* criſeos per abſceſſum, conſiderandum autem eſt ratione abſceſſus, an, qualis, & ubi ſit futurus:

An ſit futurus, cognoſcitur ſi morbus ſit minus acutus, & materia craſſior, virtus debilior, præſertim, ſi longo tempore urinæ tenues & crudæ exierint, naturæ ad hæc loca propenſio, anni tempus frigidum, ætas ſenilis, & criſeos per excretionem futuræ ſigna non adſint.

Qualis ſit abſceſſus futurus bonus vel malus? ſequentia indicant: *bonus* erit qui concoctâ materiâ fit, & ſubſtantiam habet laudabilem, figuram acuminatam, antequam ſuppureatur, æqualiter matureſcit, citò ſuppuratur & in loco externo ac ignobili eſt. Abſceſſus *malus* contraria ſigna habet.

Ubi ſit futurus? ſi materia tenuis eſt in ſuperioribus, ſi non adeò tenuis & natura fortis, in inferioribus partibus continget.

Aphor. 8.

Tempus futuræ.

Tempus futuræ criſeos cognoſcitur ex ſignis coctionis & cruditatis præcedenti-

dentibus, morbi ideâ, magnitudine, motu, & more, adhibitâ etiam conſideratione temporis anni, regionis, temperaturæ ægri, & ſimilium. *Iam verò inſtare diem criſis*, monſtrant ſigna critica dicta; quod ſi de die appareant, noctu criſis ſperanda.

Aphor. 9.

Dies criſeos vel ſunt vacui vel critici: *Vacui* ſeu *medicinales*, in quibus vel nulla vel imperfecta aut mala criſis accidit. Tales ſunt ſextus, qui tyrannus eſt 8. & 10. illo minus periculoſiores: in 12. & 16. nullum judicatum Galenus vidit. *Dies criſeos.*

Critici, quorum differentiæ & cauſæ ſpectandæ ſunt: *primò* differentiæ, juxta has enim dies vel ſunt critici, vel indicatorii, vel intercalares: *Critici ſimpliciter* ſunt ſeptima quisq; dies, ut 7. 14. 20. 27. 34. 40. non enim integri dies ſumuntur, ſed breviores;) in his criſes & meliores & frequentiores. *Indicatorii* ſunt, à quibus monſtratur criſis futura & ſunt cujuſq; ſeptimanæ medii ut quartus, 11.

 17. 24.

17. 24. *Intercalares* dies ſunt, in quibus ex accidenti, & contra naturam criſis fit, & ſunt tertius, 5. 9. 13. 19. *Secundo* cauſæ dierum criticorum tres ſunt externa una & internæ duæ: *Externa una* cauſa criticorum dierum, lunæ progreſſus ad ſigna quadrata eſt vel appoſita, & φάσεως mutatio. Item lunæ progreſſus ad ſextilem vel trigonum dierum indicatoriorũ cauſa eſt. Internarũ duarum cauſarum *prior* motus & diſpoſitio humorum, quæ cauſa eſt, ut criſis nunc citius, nunc tardiùs accidat. *Altera* eſt natura corporis quæ à lunæ motibus adjuta, & ab humoribus à luna concilatis irritata pugnam cum materia morbifica aggreditur eamq; expellit, ac criſim efficit, hæcq; proxima criſis cauſa eſt.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

Complectens quartam Medicinæ partem nempè Ὑγιεινὴν ſeu doctrinam de conſervanda ſanitate.

Liber quartus docens Hygieinem.

SECTIO PRIMA.

De cauſarum ſalubrium, ſeu rerum non naturalium cognitione.

APHOR. I.

De diviſione Hygieines

HActenus egimus de partibus Medicinæ ſpeculativis ſeu de tribus partibus primariis inſervientibus; reſtat ut agamus de ipſis partibus *Medicinæ primariis*. Quas in capite hujus opuſculi duas eſſe diximus, artem nempè præſentem ſanitatem conſervandi & amiſſam reſtaurandi. De priori hoc libro, de poſteriori autem ſequenti ultimo agemus; hoc loco ſciendum eſt ὑγιεινὴν duobus membris abſolvi cauſarum nēpè ſalubrium, ſeu rerum non naturaliū cognitione; & talium legitimo uſu ſeu diæta: primum membrum hac ſectione, alterum ſequenti explicabimus, & ſic librum de Hygieine concludemus.

Aphor.

Aphor. 2.

Cauſarū ſalubriū, ſeu rerū non naturalium cognitio earum: quaDiviſio.

Cauſarum ſalubrium, ſeu rerum non naturalium cognitio valdè utilis & neceſſaria eſt, earum enim rerum criſis opportunus, ſanitatem conſervat: immoderatus verò morborum generationi confert, eorumque cauſa fit. Sunt autem res non naturales præcipuè undecim; nempè Aër, cibus, potus, affectus animi, motus, quies, vigiliæ, ſomnus, balneum, excreta, venus. De ſingulis his in ſequentibus aphoriſmis ſpeciatim agemus.

Aphor. 3.

Aëris qualitas & uſus quoad ſanitatē conſervandam

Aër, comparatione ad ſanitatem optimus eſt, qui in qualitatibus primis temperatus, purus, ſerenus, ventorum ſuaviter ſpirantium flatibus agitatus, quique ſalubribus pluviis interdum irrigatur. *Variatur* autem aëris conſtitutio, à locorum ſitu verſus cæli plagas, & ſoli naturâ, montium ſitu, ventis, vicinitate maris, lacuum, fodinarum metallicarum, & cavernarum, temporibus anni.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 4.

Cibus, optimus, qui facilè concoquitur, plurimum nutrit, bonum alimentũ ſuppeditat, non facilè corrumpitur, aut pravam qualitatem induit, & pauca excrementa relinquit. Materia ſunt 1. *Plãta*, ut fruges, olera, radices, fructus, terræ fungi, oleum. 2. *Animalia*, & ab iis ſumpta, vel terreſtria, vel volatilia, vel aquatilia. *Cibi qualitas & uſus quoad ſanitatẽ conſervandam*

Aphor. 5.

Potus, quo humida ſubſtantia, quæ indies abſumitur, inſtauratur. Varia ejus ſunt genera, ut aqua fontana, fluvialis, pluvia, lacuſtris, patuloſa, nivoſa, cerevifia hordeacea, triticea, vel mixta, vina varia, hydromel, medo, ſuccus fructuum nonnullorum. *Potus qualitas & uſus quoad ſanitatem conſervandam*

Aphor. 6.

Affectus animi, qui corpus valdè alterant, imprimis illud membrum, quod primò in affectu movetur: animus autem ſedatus ad ſanitatem tuendam inprimis facit, & deinde gaudium moderatum. *Affectus animi qualitas & uſus quoad ſanitatẽ conſervandam*

Aphor.

Aphor. 7.

Motus qualitas & uſus quoad ſanitatẽ conſervandam.

Motus, membra ſolidiora reddens, calorem nativum augens, & Spiritus movens.

Aphor. 8.

Quietis qualitas & uſus quoad ſanitatẽ conſervandam

Quies, corpora reddens mollia ac tenera, & perferendis laboribus imparia.

Aphor. 9.

Vigiliarũ qualitas & uſus quoad ſanitatẽ conſervandam

Vigiliæ ſunt vel moderatę vel immoderatæ: *moderatæ*, quæ ſpiritus & ſenſus excitant, calorem & ſpiritum in omnes partes diſtribuunt, alimenti diſtributionem, & excretorum propulſionem promovent. *Immoderatæ*, ſpiritus, præcipuè animales, abſumunt, totumq; corpus, inprimis cerebrum exſiccant, bilem augent & inflammant, tandemq; calore diſſipato morbos procreant frigidos.

Aphor. 10.

Somni qualitas & uſus quoad ſanitatem conſervandam.

Somnus eſt vel moderatus vel immoderatus: *moderatus*, qui vires defatigatas & ſpiritus refocillat, calorem ad interna revocat, animumq; tranquillum pręſtat. *Immoderatus*, ſpiritus torpidos reddit, menti & memoriæ ſtuporem quaſi conciliat, caloremq; crudis humoribus cumulatis,

mulatis & ſuperfluis cohibitis, obtundit.

Aphor. 11.

Balnei qualitas & uſus quoad ſanitatem conſervanã.

Balneum eſt vel 1. *Temperatum* aquæ dulcis, quod poros cutis aperit, partesq; emollit, & rarefait, excrementa in ambitu corporis diſcutit, ſiccitatemque partium emendat, Si verò diutius continuetur, illud, quod liquatum eſt, diſcutit, viresq; diſſolvit. 2. *Balneum tepidum* corpus nonnihil refrigerat, nec excrementa diſcutit. 3. *Balneum frigidum*, per ſe refrigerat, ex accidenti verò poris occluſis, & calore intrò coacto, calafacit. 4. *Balneum nocens* eſt inſuetis, & qui catharris, inflammatione, eryſipelate, plethoras & cacochymiâ laborant.

Aphor. 12.

Excretorum qualitas & uſus quoad ſanitatem conſervandã

Excreta cujuscunq; coctionis communem legem habent: excrementa nempè eſſe ejicienda, ut alimentum purum corpori ſuppeditetur.

Aphor. 13.

Veneris qualitas & uſus quoad ſanitatem conſervandã

Venus nimià calorem nativum diſſipat, mentem & nervos lædit: contrà ſemen diutius retentum corporis torporem, &, ſi corrumpatur, graviſſima ſymptomata inducit.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

Diæta.

De rerum non naturalium ſalubrium tamen legitimo uſu ſeu Diæta.

APHOR. I.

Com-munis.

D*Iæta eſt* vel communis vel propria: *communis* tradit principia communiſſima & indicationes;

Principia communiſſima, omnibus tam in tuendæ ſanitatis quam medendi methodo obſervanda, qualia ſunt: 1. *Mediocritas* ſemper tutiſſima. 2. *Natura* nil agit temere. 3. *Omne* nimium naturæ inimicum. 4. *Natura* non facit ſubitas mutationes. 5. *Natura* morborum mediatrix, Medicus vero naturæ miniſter. 6. *Conſueta* longo tempore, etſi deteriora, inſuetis minus moleſta eſſe ſolent.

Indicationes conſiderant ſanitatem exactam, ejus cauſas & accidentiâ: 1. *Sanitas exacta*, ſimilia, ut conſervetur, vel ſi ab optimo ſtatu recedat, contraria, ut ad eum reducatur, judicat. 2. *Sanitatis cauſa* modo planè ſimilia, modò paulum contraria indicant. 3. *Sanitatis accidentia*

dentia illam inſequuntur, ut ſunt perfectæ actiones, unde etiam parum indicant.

Aphor:2.

Diata propriâ eſt vel ἐυεκτικὴ vel ὑγιειυὴ vel προφυλατικὴ vel ἀναλυπτικὴ. Propria.

I. Ἐυεκτικὴ seu optimi ſtatus conſervatrix, ut diæta gravidarum, infantum, mediæ ætatis, & ſenum.

II. Ὑγιειυὴ, ſanitatem declinantem, conſuetis tamen actionibus adhuc gaudentem, conſervat ſimilibus; contrariis verò ad meliorem diuturnitate temporis reducit.

III. προφυλατικὴ neutrorum decidentiæ diætam moderatur, quibus morbi præcipuè à Plethora, & cacochymia imminent, quæ aptis remediis, venæ ſectione, vel purgatione, vel ſi minor lapſus ſit, quiete tollenda.

IV. Ἀναλυτικὴ neutrorum convateſcenria eſt, ubi duo attendenda; 1. *Ne* rurſus in morbum incidant reliquias morbi, ſi quæ ſum ſint, per ἐπίκρασιν, & ſenſim tollendo, & partes principes roborandi. 2. *Vt citò* priſtinam ſanitatem

rum-

recuperent, bonum alimentnm corpori ſuppettidãdo, humidũ ſcilicet, & quod concoctu ſit facilè ac boni nutrimenti.

LIBER QUINTUS.

Aphoriſmorum ſupra inſtitutiones Sennerti complectens Therapenticen quintam Medicinæ partem.

SECTIO PRIMA.

De definitione & diviſione Therapentices in genere, in ſpecie verò de methodo medendi præſertim ejus parte indicante.

Therapẽtices definitio & diviſio generalis.

APHOR. I.

THerapentices eſt altera primaria pars Medicinæ practicæ, complectens methodum medendi (quam vide ſub hujus libri ſectione. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.) & medicamentum ipſum ſeu inſtrumenta & materias auxiliorum (vide hujus libri ſectionem 11. &c. ad finem uſque.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 2.

Methodus medendi eſt ars, qua per indicationes auxilia inveniũtur, ut deperdita hominis ſanitas reſtituatur. *Methodi medendi definitio.*

Aphor. 3.

In methodo medendi ſpectantur *principia inſtrumenta, & finis.* *Methodi medendi diviſio.*

Aphor. 4.

Principia ſunt fundamenta, quibus tota medendi methodus nititur, ſunt autem generatiora & principiora quatuor. *Principia methodi medendi.*

1. Omne quod indicat vel ſui conſervationem, vel ablationem indicat.

2. Quod ſecundum naturam eſt conſervandum: quod præter naturam, tollendum eſt.

3. Contraria contrariis tolluntur: ſimilia ſimilibus conſervantur.

4. Inter duo mala, minus eligendum eſt.

Aphor. 5.

Inſtrumenta quæ ad methodum medendi requirunrur duplicia ſunt, minus propria, & propria: *minus propria* experientia & analogiſmo conſtant, *Experientia* fit hominibus ex memoriâ, quâ præcipuè empirici utuntur, interdum *Inſtrumenta methodi medendi* *Minus pro-*

etiam

Digitized by Google

etiam rationales, cum morbi eſſentia nō ſatis cognita, ut ſunt morbi totius ſubſtantiæ, vel etiam ad materiam medicam inveniendam. *Analogyſmus* eſt comprehenſio juvantis ex ſimilitudine, quæ eſt vel inter affectus, vel remedia, vel membra, quo rationales utuntur, cùm res plane nova eſt, & experientia magis fallit.

Aphor. 6.

Propria. *Iſtrumenta proprin* ſunt *indicationes quæ vel* generaliſſimæ, genericæ, ſubalternæ, ſpecificæ, utiles, inutiles artificioſæ, inartificioſæ, curatoriæ, præſervatoriæ, vitales, prout ab indicante curatorio, præſervatorio, ut vitali petuntur; vel *ſuppeditant* indicatum ſeu remedium de quo ſequens ſectio.

Aphor. 7.

Indicationes. *Indicationes* ſumuntur ab indicantibus, quorum differentiæ ſunt vel ſimplices vel relativę. *Relativa* ob varios, quos habere poſſunt reſpectus, & dicuntur coindicantia, conſentientia, contraindicantia, prohibentia, repugnantia, correpugnantia, permittentia.

Indicantium differentia. Relativa

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 8.

Indicantium differentiæ *ſimplices* ſunt vel propriæ vel impropriæ: *indicantia vera ſeu propria* ſumuntur à rebus præter & ſecundum naturam. *Simplices Indicantia vera ſeu propria.*

I. Indicans proprium à rebus præternaturalibus ſumptum vocatur, vel *curatorium*, quando à morbo & cauſa continente ſumitur; *præſervatorium* quando à cauſa morbi: *ſymptoma urgens* quando à ſymptomate ſumitur.

II. Indicans *ſecundum naturam* ſeu *vitale* quod ſui conſervationem indicat, conſideratur in ſanitate ſanitatis cauſâ, & ſanitatis accidentiis: *ſanitas* indicat conſervationem ſingularum partium naturalis conſtitutionis intemperie, compoſitione & unitate conſervandâ. *Sanitatis cauſa* ut ſpiritus, ſanguis ſeu humores, & excreta naturalia indicant ſuam in naturali ſtatu conſervationem, dum ſuam ſubſtantiam, qualitatem motum & locum obtinent. *Sanitatis accidentia* ſunt perfectæ actiones, qualitates & excreta ſecundum naturam quæ cum à ſanitate dependeant plerumque inutilem inclinationem ſuppeditant.

III. *Aliud denique* indicans eſt genericum, ſubalternum ſpecificum; aliud utile vel inutile; aliud artificioſum, aliud inartificioſum.

Aphor. 9.

Indicantia minus propria.

Indicantia minus propria ſeu potius *indicantia indicantium* ſunt decem.

I. *Temperamentum* ad indicans vitale pertinet & ſui conſervationem indicat. Ad affectus verò præternaturales relatum, eſt ſignum receſſus a naturali ſtatu & menſuram contrarii abhibendi definit, *unde regula* qui plurimum à naturali ſtatu diſtat morbus, vehementioribus eget remediis: qui verò minus receſſit, mitioribus.

II. *Ætas* indicans vitale circumſcribit, ejuſq; temperiem propriam conſervandam indicat. Ad affectus verò præternaturales relata, receſſum à naturali ſtatu & contrarii adhibendi quantitatem definit. *Vnde regula* quod plurimum ab ætatis naturâ receſſit, majoribus eſt expugnandum remediis; quod minus levioribus.

III. Se-

III. *Sexus* temperaturam definit, & virtutis robuſtioris vel debilioris ſignum eſt.

IV. *Conſuetudo* interveniente temperamento receſſum à naturali ſtatu definit & vires monſtrat, præſertim in evacuationibus, *unde regula*, natura conſuetis gaudet inſueta averſatur.

V. *Vitæ genus* cum conſuetudine ferè convenit, & certam naturam denotat. Hinc qui circa ignem verſantur, pleriq; calidiore & ſicciore ſunt corpore & proinde partius refrigerandi & humectandi.

VI. *Naturæ proprietas*. Alia enim medicamenta aliis gratiora & appropriata communibus præferenda.

VII. Conſideranda *partis affectæ temperies*, quæ cum cuiq; parti ſit peculiaris, ea conſervanda eſt. *Secundo præſtantia* virtutis robur oſtendit. Nam pars nobilis & publici uſus ægrotans, virtutis debilis ſignum eſt. *Vnde regula* partes nobiles, & cum iis conſentientes fortibus remediis non ſunt tentandę tam in alteratione, quam evacuatione, nec intra corpus danda ſunt deleteria.

Tertiò conſiderandus eſt partis affectæ *locus* qui ad materię auxilii inventionem facit, multa enim extra adhibentur quæ intus non ſunt exhibenda. *Quartò* partis affectæ *natura*, modum remedii applicandi monſtrat; ſi enim ulcus in gula, ſenſim deglutiendum & viſcidum eſſe debet medicamentum : ſi in ventriculo ſit ulcus, id totum ſimul ſumi debet. *Quintò* partis affectæ *ſenſus*; partes enim ſenſu acuto præditæ, ſine dolore ſunt curandæ & in iis ab acribus abſtinendum. In ſpecie medicamenta in ore detinenda, non ſint guſtui ingrata, *Sextò* partis affectæ *conformatio* indicans & indicatum determinat, nam pars duræ ſubſtantiæ, validum requirit & fert medicamentum; pars verò ſubſtantiæ mollioris à validis diſſolvitur. *Septimò* partis affectę *figura* medicamentum eâdem figura adhibendum eſſe monet, cujus eſt pars affecta. *Octavo* partis affectæ *ſitus* vel auxilii ſpeciem circumſcribit. Parti enim in profundo poſitæ, valentiora & magis penetrantia adhibenda ſunt, magnas etiam cavitates habentes, admittunt adſtringentia, à quibus

angu-

Digitized by Google

anguſtiores facilè coarctantur. Vel ſæpe locum adhibendi auxilii monſtrat. *Ubi regula.* Si per varias vias medicamentum ad locum affectum pervenire queat, ut proximum eligamus.

VIII. *Aer* ad cauſas morborum pertinet, & dum ſua intemperie, naturalem corporis temperiem evertit, ſui remotionem vel correctionem poſtulat.

IX. *Tempus morbi*, quatenus eſt ſignum virtutis alio morbi tempore debilioris, alio fortioris, & præterea nunc permittentententis, nunc prohibentis. Initium ſcil: morbi, ſignum eſt virtutis fortioris, ſtatus verò debilioris.

X. *Medicamenta exhibita* operationis ſuæ exceſſu, vel defectu Medicum definitam morbi naturam non exactè cognoviſſe, & majore proinde vel minore gradu ea exhibita ſuiſſe monſtrant.

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA.

De indicato.

APHOR. I.

Indicatũ. INdicatum eſt illud quod juvat, & ab indicante agendum monſtratur, dividitur in tria; an ſit nempe, agendum, quid ſit agendum, uſum, qui conſiſtit in recta adminiſtratione.

Aphor. 2.

An ſit agendum. *An ſit agendum?* quæ deliberatio ex ſignis prognoſticis pendet, ex quibus, qui morbi ſint curabiles, qui lethales, cognoſcitur, cum prudentis ſit Medici, eum, qui ſervari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem ejus, ut occiſi, quem ſors ipſa peremit.

Aphor. 3.

Quid ſit agendũ. Secundò *quid ſit agendum*, ſeu ipſam auxilii eſſentiam, & cognoſcitur per ſe, à veri indicantis, quo vel benè vel malè corpus afficitur, naturâ, & dividitur in *curatorium* quod eſt remedium morbum tollens, quod indicanti exactè contrarium eſſe debet, idque vel ſemel exhiberi poteſt in morbis levibus, & extremè

tremè periculoſis, vel partitis vicibus minus contrarium exhibendo, in affectibus mediocribus. *Præſervatorium*, quod eſt remedium cauſam tollens. Vel *ſymptomata urgentia mitigans*. *Vel vitale* auxilium, vitæ conſervans. Vel *genericum* ſub alternum ſpecificum appropriatum; utile, inutile, artificioſum, inartificioſum.

Aphor. 4.

Uſus conſiſtit in recta adminiſtratione ipſius auxilii vel materiæ auxilii: *Ipſum auxilium* comprehendit quantum, quando, & ubi.

I. *Quantum*, ſeu quantitatem, quam monſtrat quantitas, ſeu magnitudo eſſentiæ indicantis. Unde extremis morbis, extrema debentur remedia: ſcilicet ſi calidum indicat frigidum, magna caliditas, multum refrigerandum eſſe indicabit. Ubi nota, ſi pars in profundo ſita ſit, medicamentum fortius eligendum, ut virtutibus integris ad locum affectum perveniat. Et hoc modo accepta quantitas (ſcilicet pro certo & *Uſus ipſius auxilii*

definito gradu auxilii adhibendi, verbi gratiâ medicamentum in ſecundo gradu) & quid agendum ſpecificum idem ſunt.

II. *Quando, ſeu tempus agendi, quod in ſimplicibus* indicatur à præſentiâ indicantis & abſentia prohibentis. Tunc enim adhibendum auxilium quando id quod illud poſtulat præſens eſt, & nihil prohibet. *In complicatis* verò, ordo agẽdorum monſtratur, à vehementioris indicantis præſentiâ, quod reliqua indicando vincit, id eſt, à qua majus impendet periculum; aut ſine cujus remotione alia tolli non poſſunt.

III. *Vbi, ſeu locum remedii adhibendi, quem* monſtrat indicantis ſubſiſtentia; & in *alterationibus locus in quo*, præcipuè attendendus: *In evacuationibus, locus è quo, per quem*, qui cum parte affectâ viarum communionem habere debet; & *in materiæ translatione, locus ad quem*, qui ſit pars ignobilis, cum nobiliore viarum communionem habens.

Aphor.

Aphor. 5.

Materiam auxilii, ſuggerit indicatum quantitate, tempore, & loco determinatum. *Materia auxilii,*

I. *Quantitas materiæ* reſpicit menſuram & pondus materiæ & ex magnitudine indicantis cognoſcitur, ut, ſi ſit magna quantitas indicantis; magna etiam quantitas medicamenti requiritur. Ubi tamen vires totius, & partis conditio conſideranda. Si enim pars profundiore loco ſita ſit, major remedii alterantis copia requiritur.

II. *Tempus adminiſtrandæ materiæ* non ſimpliciter petitur à præſentia indicantis, ſed eſt id cum juvare poteſt, quod cognoſcitur à materiæ adminiſtrandæ cognitione, & naturâ partis cui adminiſtrari debet. Alia enim ſtatim agunt, alia poſt intervallum: aliorum actio diu durat, aliorum ſtatim ceſſat; pars, prout in profundo vel propatulo ſita eſt, ita ſtatim vel poſt actionem agentis, recipit. Prohibetur materiæ adminiſtratio, cum plus nocere poteſt, quam juvare, quod fit, cum aliquid præterna-

Digitized by Google

ternaturale conſervare, quod auferendum aut auferre poteſt, quod conſervandum erat.

III. L*ocus adminiſtrandæ materiæ* eſt is, ubi juvare, & id, quod requiritur, præſtare poteſt, & partibus externis immediatè applicatur.

Internas autem ſi evacuare volumus, eligendæ viæ communes, & proximæ, ſi verò alterare, vel ductus manifeſti quærendi, & ex iis patentiores, & proximi eligendi, vel occulti meatus per quos materia exhibit penetret.

IV. *Vires tamen hic ſemper conſideranda*, an permittant vel prohibeant? & an ex hujus materiæ applicatione, plus commodi quam damni proveniat? & totius corporis & partis affectæ natura conſideranda. Qua in re non ſolum manifeſta, ſed etiam occultæ qualitates perpendendæ, & ſi æger cum aliquâ re antipathiam habeat, ei nullo modo exhibenda. In partibus autem affectis perpendenpa partis præſtantia, ſenſus, ſitus, conformatio.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

Comprehendens methodum tollendi cauſas morborum in ſpecie.

APHOR. I.

Methodus tollendi cauſas morborum in ſpecie.

Cauſa quæ tolli debent. Externa.

C*Auſæ* morborum in ſpecie, quæ per methodum tolluntur vel ſunt externæ vel internæ: *Externæ*, quæ vel *intra* corpus admiſſæ, & quaſi internæ factæ, ut cibus, potus, venena, tela & ſimilia, vel *extra* morbum excitantes, ſoventes & augentes, ut aër ambiens, & ſimilia; omnes hę cauſæ amotionem indicant.

Aphor. 2.

Internarum diviſio.

Cauſæ quæ tolli debent etiam *internæ* ſunt & peccant vel toto genere vel quantitate (vide ſectionem. 5.) vel qualitate vel motu vel loco (de quibus vide ſectionem 6.

Aphor. 3.

Cauſæ internæ toto genere peccantes.

Cauſæ internæ quæ toto genere peccant, & omnimodam ſui ablationem ſeu eradicationem indicant, vel à prima origine ad corporis integritatem non pertinuerunt, ut calculi, vermes, humores vitioſi & ſimilia:

vel à ſuâ naturâ degenerârunt in humores corruptos, qui ſui evacuationem indicant, vel univerſalem vel particularem

Aphor. 5.

Humorum corruptorũ evacuatio univerſalis.

Humóres corrupti ſui evacuationem indicant *Univerſalem*, è regionibus corporis publicis tribus, quarum

Prima publica corporis regionis evacuatio.

I. *Prima regio publica* corporis à ventriculo, per partes intermedias ad hepar uſq; medium extenditur, & cacochymia hîc conſiſtens ſui ablationem indicat, propriè per alvum lenientia, licet interdum, ſi materia ſurſum inclinet, ægerq; facilè vomat, etiam per vomitum tolli poſſit, modo vomitoria ſint lenia. Lenientia hæc medicamenta vires facilè ferunt, & propterea in quacunq; ætate, ſexu, morbiq; tempore, ſecurè adhiberi poſſunt, modò uſus eorum ſit legitimus, ut ſc: debita quantitate exhibeantur, paulò ante cibum & in febribus non propè acceſſionem.

Secunda publica corporis regionis evacuatio.

II. *Secunda publica regio* corporis à medio hepatis, ad habitum corporis, & venas majores extenditur; Cacochymia hic conſiſtens, ſui evacuationem indicat, per medicamenta catarctica cujus conditionem (vide ſect. 4. hujus libri.

III. *Ter-*

Digitized by Google

III. *Tertia publica corporis regio*, ejuſdem habitum complectens, evacuatur per urinam vel ſudorem.

Aphor, 5.

Tertia regio evacuatur per *urinam* quæ conſideratur ſecundum ſuam naturam & uſum.

Tertiæ regionis evacuatio per urinam.

1. *Urina ſecundum naturam ſuam* reſpicit indicantia, permittentia, & prohibentia: *Indicans* eſt humor, præcipuè aquoſus, qui ex potu ſupereſt, in gibbâ hepatis parte, renibus, veſicâ, & his inſervientibus vaſis conſiſtens. Interdum tamen per eandem, reliqui humores attenuati, imprimis ſeroſi, pituitâ tenuior, bilis, & univerſum genus venoſum & arterioſum, evacuari poteſt. *Permittentia* ſunt vires, quæ hanc evacuationem facilè ferunt. *Prohibentia* ſunt humores craſſi, copioſi, circa hepar ſubſiſtentes, in calidis item ac ſiccis effectibus, tabidis, renibus, vel veſica ulceratis, inflammatis, vel ſimili modò affectis, diuretica minus conveniunt.

2. *Urina ſecundum uſum* ſeu rectam adminiſtrationem conſideratur, & notatur, quando, & ubi, evacuari debeat;

quando ſeu tempus vel *generale* eſt morbi declinatio; vel *ſpeciale*, quod eſt tempus ante cibum, ventriculo ſcil. vacuo. *Ubi*, convenit iis morbis, in quibus ſenſim materia evacuanda eſt, & quidem diuretica propriè dicta, quoties in renibus, veſicâ, aut venoſo genere, ut in hydrope, humores craſſi evacuandi ſubſiſtunt: quæ vero aquoſam ſuppeditando materiam urinas movent, in affectibus ex aduſtis humoribus ortus conveniunt.

Aphor. 6.

Tertia regionis evacuatio per ſudorem.

In evacuatione per *ſudorem* conſiderantur ſudoris natura & uſus.

1. *Sudoris natura* reſpicit indicantia & prohibentia: *Indicantia*, ſunt humor aquoſus, tenuis, bilioſus, & alii ſi attenuentur. *Prohibentia* ſunt vires debiles, nam efficax eſt remedium. Temperamentum calidum, bilioſi enim minus, & non diu ferunt ſudores, neque valde iis conveniunt. Materiâ adhuc multâ & crudâ.

2. *Uſus ſudoris* reſpicit quantum, quando & ubi: *Quantum* ſudandum ſit, notandum eſt, ne una vice ſudor nimium

Digitized by Google

mium provocetur ſed ſæpius mediocriter. *Quando* ſeu tempus ſudationis eſt vel generale in morborum declinatione; vel ſpeciale ventriculo nempe vacuo, & ſi morbus acceſſiones habeant, paroxyſmi declinatio. *Ubi*; in febribus putridis, inveteratis, & frigidis affectibus, deſtillationibus diuturnis, paralyſi, & articulorum doloribus adhibentur, ſudores. Imprimis vero utiliter in peſtilentibus morbis, & materiâ malignâ ſudorifera alexipharmaca adhibentur in principio, conditionibus prædictis neglectis, nec ibi virium debilitas obſtabit.

Aphor.7.

Humores corrupti evacuantur particulariter in partibus privatis, in quibus peccant, ut in cerebro, pulmonibus, ventriculo, inteſtinis, jecore, renibus & meatibus urinariis, utero.

Humorũ corruptorum evacuatio particularis.

Aphor.8.

Cerebrum per duas vias evacuatur nempe per nares & palatum.

Evacuatio cerebri.

I. *Per nares* evacuant medicamenta errhina & ſternutatoria: *errhina* pituitam, quæ cerebro & meningibus circum-

circumfuſa eſt, evocant, in ſoporoſis & & diuturnis capitis affectibus, epilepſiâ, convulſione, narium obſtructione utiliâ. *Sternutatoria* fortiora ſunt, eorumque vi humor etiam altiùs cerebro immerſus, excutitur. *Tempus* utendi eſt matutinum & nonniſi toto prius evacuato corpore.

II. *Palatum* apophlegmatizonta, quæ penitiores cerebri ventriculos evacuant, in diuturnis capitis affectibus, oculorum, & auditus hebetudine, & linguæ reſolutione utilia ſunt. Non verò commode exhibentur iis, quibus ora exulcerata & qui aliàs deſtillationibus ad fauces, & pectus, obnoxii ſunt.

Ventriculi, inteſtinorum, jecoris, renum & uteri evacuatio particularis.

Aphor. 9.

Ventriculus per vomitum & alvum: *inteſtina* clyſteribus & purgantibus per os exhibitis: *jecoris pars cava* per alvum; *gibba* per urinam: *renes & meatus urinarij* per urinam: *uterus* per menſtrua, evacuatur.

Pulmonum evacuatio particularis.

Aphor. 10.

Pulmones evacuantur per bechica, quæ faciunt, ut humores in pectore contenti tuſſi rejiciantur, qui, ut commode

modo expelli poſſint, conſiſtentiæ mediocris eſſe debent. Ideo nimis tenues nonnihil incraſſandi, viſcidi verò humectandi, & acidis detergendi ſunt.

SECTIO QUARTA

De Purgatione ſeu evacuatione percatharctica.

APHOR. I.

CAcochymia ultra primas vias ſubſiſtens (cujus mentionem in genere fecimus præcedente ſectione aph. 4. §. 2. per alvum & vomitum medicamentis catarcticis evacuatur, hujus autem purgationis natura & uſus conſideretur. ***Purgatio ſeu evacuatio percatharctica, cacochymia ultra primas vias ſubſiſtentis.***

Aphor. 2.

Purgationis hujus naturæ reſpicit indicantia, permittentia, & prohibentia. ***Purgationis percatharctica natura.***

Indicans eſt cacochymia, ſeu humores excrementitij naturales copioſi (ut pituita, dulcis, melancholia, bilis) aut excrementitij præternaturales, quacunque copia geniti & ultra primas vias ſubſiſtentes, qui tum ſolum purgationem poſtulant, cum tantum eorum vitium ***Ejus indicans.***

tium ſit, ut nec diætâ, nec mitiore aliquâ evacuationis ſpecie, ut per ſudores, vel inſenſibilem tranſpirationem, tolli poſſint; quare ſani crebris purgationibus non macerandi. Species autem humoris, definitum purgans monſtrat. Pituitæ enim phlegmagogum; bili, cholagogum; melancholiæ, melanagogum; humori aquoſo, hydragogum; miſtis humoribus, miſtum purgans, debetur.

Aphor. 3.

Permittentia & prohibentia.

Quæ purgationem per medicamenta percatharctica *permittunt aut prohibent* in undecim paragraphis recenſebimus.

1. *Vires robuſtæ*, aut ſaltem mediocres, purgationem permittunt, debiles eam prohibent, reliqua, quæ purgationem permittunt, vel prohibent, vires manifeſtant.

2. *Temperamenti* calidioris & ſiccioris corpora, cautius purganda ſunt, ne are fiant; ut & frigidi & humidi, ob calorem languentem: calidi & humidi facilius purgationem ferunt.

3. *Habitu*

3. *Habitu corporis* gracili & laxo, propter virtutem larguidiorem cautius purgandi ſunt, etiamſi promptius purgent.

4. *Bene carnoſi* facilius ferunt purgationes. Valdè autem pingues, etſi purgationem ferant, tamen difficilius purgantur, ob craſſitiem humoris & vaſorum anguſtiam.

5. *Ætas*, lactentes commodius purgantur, medicamento nutrici exhibito.

6. *Sexus*: gravidæ non facile purgandæ ſunt, niſi morbo acuto corripiantur, & materia turgeat, idque ſolum quarto, & ſexto menſe: in initio verò ſeptimi menſis, minus tutò, ne abortiant.

7. *Conſuetis* audacius, inſuetis cautius purgantia exhibenda ſunt.

8. *Naturæ proprietas* in materiâ medicamenti eligenda attendenda.

9. *Aeris ſtatus temperatus* purgationi maximè commodus, ut eſt ver, (in cujus initio humores pituitoſi per hyemem collecti, in fine bilioſi evacuandi ſunt) & autumnus. Aere frigidiore difficiliores ſunt purgationes, ut & cali-

calidiore, & ſub cane, & ante canem, in magnis item temporum mutationibus.

10. *Morbi & humores calidi* non ita tutò purgantia admittunt, præcipuè calidiora, quare in talibus tutius refrigerantia præmittuntur, modò morbus inducias ferat. Multi gravis ſucci, in corpore abundantes purgationem reddunt periculoſiorem, qua tutius per epicraſin tolluntur. Humores item crudi non purgandi ſunt.

11. *Ægroti corporis ſtatus* conſideretur, an ſcil. viæ, per quas materia educi debet, pateant: illis enim obſtructis, non purgandum eſt. Symptomata nonnullis familiaria conſideranda, ut inclinatio ad diarrhæam, ſpaſmum, podagram & alia. Ad talia enim propenſi, purgatione facilè ad ea deducuntur.

Aphor. 4.

Purgationis per catharctica uſus. Purgationis per catharctica *uſus ſeu recta adminiſtratio* conſiderat quando, quantum & quo loco purgandum ſit.

I. *Quando*, ſeu tempus purgationis commodum eſt, cum adeſt humor purgationem indicans, alia indicantia eam permit-

permittunt, nihilque prohibet, hoc autem tempus reſpicit corpus vel ſine febre, vel cum febre: *ſine febre* quodcunque generale eſt, modo viæ pateant, ipſique humores ad motum apti ſint. Speciale matutinum tempus eſt, horâ nempe quartâ, quintâ, vel ſextâ, & in purgationibus præſervatorii Aſtrologi dies certos obſervandos monent: *cum febre*, præcipue acuta, tempus eſt vel ſpeciale vel generale: *ſpeciale* eſt matutinum, quo, ventriculo vacuo, niſi paroxyſmi obſtent, qui ſi manè infeſtent, urgente affectu, veſperi purgantia adhibenda ſunt, præſertim æſtate. Tempus *generale* purgationis eſt, quando humores cocti ſunt, ſeu declinatio morbi, nullâ ſpontaneâ & quidem ſufficiente evacuatione adveniente, niſi aliquid urgeat 1. humores turgeant, qui ſtatim ab initio abſque morâ evacuandi ſunt, niſi aliquid prohibeat, ut ſunt vires omninò debiles, viæ obſtructæ, pars aliqua in inferiore ventre phlegmone laborans, ſymptomata lethalia ſtatim invadentia. 2. humores crudi ad partem nobilem, aut cum nobili conſentientem, ruituri.
ſtatim

ſtatim in initio purgandi, ſi verò actu jam ruant, coctio exſpectanda. Alia tamen eſt ratio materiæ in febribus comitatis, quæ ſi actu ad partem nobilem ruat, nec venæ ſectione evacuari poſſit, mox initio purgatur. 3. *humores maligni* in principio purgandi non ſunt. In ſpecie in peſte initio non purgandum, niſi non minus periculum ab humoribus pravis, imprimis viis, quam à contagio immineat, in quo ſolo caſu purgantia & vomitoria locum habere poſſunt.

II. *Quantum purgandum ſit?* tanta debet eſſe medicamẽti purgantis quantitas, ut humorem totum evacuare poſſit, quod fit, vel *unâ vice*, ſi materia pauca, vires robuſtæ, vel *partitis vicibus*, ſi materia multa, vireſque debiles, niſi aliquid prohibeat ubi vires non tam præſentes, quam futuræ, naturalium proprietas, conſuetudo, & habitus corporis præcipuè, advertenda.

III. *Locum monſtrat humoris vergentia*, purgantur autem humores vel per alvum vel per vomitum: 1. *per alvum* purgantur humores craſſi & frigidi, in

parti-

partibus inferioribus ſubſiſtentes: quos monſtrant habitus corporis obeſus, hyems, moleſtiæ & dolores ſub diaphragmate, tormina ventris, præcipuè circa umbilicum, genuum gravitas, & lumborum dolor. Si ſcil. non à febre hæc ſymptomata ortum ducant. 2. *per vomitum* purgantur humores tenues, calidi, & bilioſi, qui in ventriculo, cavâ jecoris, pancreate & liene continentur; quos monſtrant, habitus corporis gracilis, æſtas, & ſymptomata bilem in ventriculo arguentia, moleſtiæ & dolores ſub diaphragma. *Prohibent* vomitum, vires debiles, vomendi difficultas, inſuetudo ad vomendum, ventriculi, aut partis, ad quam humores vel vapores vomitu concitari poſſunt, ut capitis, pectoris, debilitas.

SECTIO QVINTA

De cauſis quantitate peccantibus & earum ablatione.

APHOR.

Digitized by Google

APHOR. I.

Methodus tollendi cauſas quantitate peccantes. Regula generalis.

IN ablatione *cauſarum quantitate peccantium* oritur communis indicatio & regula, nempe ut abundans imminuatur, & imminutum augeatur. Sanguis ergo abundans, ſeu plethora, juxta hanc regulam ſui diminutionem indicat, ſic & excrementa naturalia, partes corporis ſolidæ, ſpiritus, lac & ſemen &c.

Aphor. 2.

Sanguinis ſeu plethora diminutio. Media leviora.

Sanguis ſeu plethora diminuitur per leviora & fortiora:

Leviora ſunt *frictiones, ſudores, balnea & exercitia*, quæ ſanguinem imminuunt; quod calorem in corpore noſtro excitant, qui ſubſtantiam ejus diſſolvit & diſſipat. *Inedia* in locum aſſumpti nihil reponendo, corpus imminuit, & convenit, cum plenitudo totius non ſubitò ſed ſenſim tollenda eſt. *Toleratur*, ubi vires validæ ſunt. *Prohibent* eam temperatura corporis calida & ſicca, calida & humida, habitus corporis gracilis, morſus in ore ventriculi, vomitus, alvi profluvium.

Aphor. 3.

[illegible] dia

Media fortiora, quibus ſanguis ſeu plethora

plethora diminuitur, ſunt varia, nempe Hirudines, Hæmorrhoides, menſes, cucurbitulæ ſcarificatæ, ſcarificatio ſimplex, venæſectio. De ſingulis his ſpecialiius, in ſequentibus agemus aphoriſmis. *Eorum diviſio.*

Aphor. 4.

Hirudines, quæ ſenſibiliter ſed paulatim ſanguinem totius corporis evacuant, ſi magnis & prominentibus venis in cruribus brachiis vel hęmorrhoïdibus applicentur; vel ex parte privata. In gravidis, & pueris, morbo acuto correptis, brachiis ſolùm applicandæ, & in gravidis tutiores ſunt, quam cucurbitulæ. *Hirudines.*

Aphor. 5.

Hæmorrhoides venæ ſectionis vicariæ, vel externæ vel internæ aperiuntur: *externæ*, frictionibus aſperis, hirundinibus, ſucco cæpe, felle bubulo aperiuntur, ad plethoram imminuendam, & affectus renum, uteri, dorſi, coxendicum, & omnes, qui ex venâ cavâ oriuntur. *Internæ* ſuppoſitoriis & clyſteribus acribus aperiuntur, in affectibus melancholicis, hypochondriacis, lienis, jecoris, & meſenterij. *Hæmorrhoides.*

Digitized by Google

Aphor.6.

Menſes. *Menſes*, per quos natura interdum criticas evacuationes inſtituit, quos eo tempore aperire ſtudebimus, quo alias conſueto fluere ſolebant.

Aphor.7.

Cucurbitulæ ſcarificatæ. *Cucurbitulæ ſcarificatæ* adhibentur vel propria ratione, vel ut vicariæ venæſectionis: *propriâ ratione* indicantur à vitio ſanguinis non vehementi, & tum applicantur parti, quæ hoc præſidium poſtulat. *Ut vicariæ venæſectionis* indicantur à vitio ſanguinis vehementi, quod venæſectionem poſtulat, quam tamen vires debiles prohibent, & cum partibus inferioribus applicantur. In gravidis tantum in brachiis, & commodiſſimus eſt earum uſus, ubi ſimul aliqua revulſio requiritur.

Aphor.8.

Scarificatio ſimplex. *Scarificatio ſimplex* rurſus adhibetur vel propria ratione, vel ut vicariæ venæſectionis: *Propria ratione* adhibetur, ubi ex parte aliquâ ſaltem evacuare volumus, frequentiſſimè verò, ubi materia maligna, vel acris evacuanda, in bubone peſtilenti, carbunculo, morſu, &

ictu

ictu venenato, gangræna, & antiquis ulceribus. *Ut vicaria venæ ſectionis* adhibetur ſcarificatio ſimplex, aliquando in cruribus, etiam in dorſo, & brachio inſtituta, ſimulque à partibus ſuperioribus & capite revellens.

Aphor. 9.

Venæ ſectio conſideratur ſecundùm naturam ſuam, & uſum. *Venæ ſectio.*

I. *Naturæ venæſectionis* reſpicit indicantia permittentia & prohibentia. 1. *indicans venæſectionis*, cui mediante indicato, ut materia auxilij convenit, & eſt vitium vehemens ſanguinis fluxilis, qui vel ſecuudum ſubſtantiam corrumpitur, vel copiâ peccat, vel in aliquam, partem ruit, vel alicui incumbit vel nimium fervet, & ita quinque uſus venæ ſectio præſtat. Poteſt enim ſanguinem corruptum evacuare (ut in cacochymia notha, nequaquam autem in verá.) Sanguinem minuere (in utraque plethora.) Revellere (humores præcipuè in venis contentos, ut & in ruptis, apertis aut exeſis venis.) Deri-

vare & refrigerare, ſi ſubitâ refrigeratione opus ſit, aut aliud vitium conjunctum, cui eâdem opera venæ ſectio ſubveniat 2. *Venæſectionem* permittentia & prohibentia ſunt ſequentia.

Vires fortes permittunt: prohibent verò debiles, ſcil. ex reſolutione, ab evacuatione nimiâ, aut aliâ causâ: ſi verò debiles ſint ex oppreſſione, ab humorum copiâ, venæ ſectionem potius ſuadent.

Reliqua vires debiles vel robuſtæ monſtrant.

Ætas florens venæ ſectionem permittit, prohibent pueritia, & ultima ſenectus: ubi tamen, quantum virium adſit, videndum.

Sexus gravidus, ultimis præcipuè menſibus, venæ ſectionem prohibet, niſi morbus aliquis urgeat, & ſanguinis copia adſit.

Naturæ proprietas etiam attendenda eſt.

Conſuetis, habitu corporis duro & denſo, vitæ genere laborioſo, aëre temperato, tutius adhibetur: minus tuto inſuetis, habitu molli & rarò, & qui

alias

alias animo facile deficiunt, vita otioſa, aere calido & ſicco, vel frigido.

Symptomata quædam venæ ſectionem prohibent, niſi & ipsâ venæ ſectione tollantur, ut evacuatio inſignis, vigiliæ, ſi dolore vires fractæ ſint, ſi os ventriculi ab humore acri, aut vomitu offendatur, tum humor ille prius tollendus, & os ventriculi roborandum, & quæcunque alia, quæ ſpiritus & ſubſtantiam corporis noſtri diſſipant, viresque reſolvunt.

II. *Uſus ſeu recta adminiſtratio venæſectionis* reſpicit quantitatem, tempus, & locum. 1. *Quantitas*, ſanguinis emittendi, à magnitudine vitij, à ſanguine dependentis, indicatur. Nam in vitio ſanguinis vehementi, ſi vires id permittant, uberior evacuatio inſtituenda eſt; ſin vitium minus, aut vires debiliores ſint, parcior. Idque vel partitis vicibus, ſi malum mitius, & vires imbecilliores; vel unâ vice, ſi vires ſint fortiores & vitium ſanguinis vehementiſſimum ſit. 2. *Tempus venæſectionis* eſt vel generale vel ſpeciale: *generale* commodiſſimum plerumque eſt morbi initium, præſer-

Digitized by Google

tim ſi vires adeò robuſtæ non ſint, quod ſi præterlapſum ſit, in reliquo tempore commodius eligendum. *Speciale* venæ ſectionis tempus eſt, ſi morbus acceſſiones non habeat, & non vehementer urgeat, matutinum, vel ſi urgeat; ſi verò intermittat, tempus intermiſſionis, aut ſi illud nimis breve ſit, in paroxyſmi declinatione, aut tranquilliore præ reliquis tempore. *Remorantur venæ ſectionem* cibi inconcocti, & crudi ſucci, imprimis viis, alvus adſtricta, os ventriculi imbecillum, ſymptomata vehementia, donec miteſcant, niſi & ipſa venæ ſectione tollantur. Si affectus vehementer urgeat, ut vehementes inflammationes, ſuffocationis periculum, caſus ex alto, vel gravis contuſio, quâcunque diei horâ etiam mediâ nocte, nullâ morâ & præparatione præmiſsâ, venam aperire licet. 3. *locus venæſectionis* quoque conſiderandus, eſt. Evacuant commodius venæ ampliores; reſpectu tamen ad fontem ſanguinis habito, qui præcipuè ſunt hepar & lien. Aperiendæ itaque ſunt venæ in cubito

dextro,

dextro, vel ſiniſtro, prout morbus requirit, interna præcipuè, externa vel media. In fœminis verò, ubi vitium à ſuppreſſis menſibus; vena tali vel poplitis ſecanda eſt.

Aphor. 10.

Egimus hucuſque de ſanguinis ſeu plethoræ diminutione, ſupereſt ut agamus de reliquis & quidem hoc aphoriſmo de *excrementis naturalibus*, quæ vix copia deficiunt, ſi verò excedant, eadem, quæ humorum toto genere præternaturam, evacuandi ratio eſt. ***Excrementorũ naturaliũ; lactis, ſeminis, partium corporis ſolidarum, ſpirituum, auctio & diminutio.***

II. *Lac & ſemen* ſi copiâ deficiant, augeri poſtulant; ſi excedant, imminuenda ſunt, donec ad naturalem humorum menſuram redeant.

III. *Partes corporis ſolidæ*, ſi cauſæ morbificæ vicem ſubeant, & ita augeantur, ut ad actiones ineptum ſit corpus, imminuendum, & ad naturalem ſtatum reducendum indicant.

IV. *Spiritus*, ſi cauſæ morbificæ vicem

cem ſubeant, & deficiant, vel nimis pauci ſint, augeri poſtulant.

SECTIO SEXTA

De methodo tollendi cauſas morborum qualitate motu & loco peccantes.

Indicatio praſervatoria.

APHOR. I.

Methodus tollendi cauſas morborū qualitate peccantes.

QUomodo cauſæ morborum *qualitate* peccantes emendari poſſint, ex iis quæ de præparatione humorum, & de morbis intemperiei curandis dicuntur, ſatis patet.

Aphor.2.

Methodus tollendi cauſas morborū motu peccātes.

Humores motu peccantes vel planè non moventur, vel non rectè moventur.

Humores qui planè non moventur.

Planè non moventur qui moveri debebant, & indicatur auxilium motum concilians. Quare cum cauſæ hujus quietis fluxui ſint contrariæ, frigiditas ſcil. & craſſities humorum, ac viarum anguſtia, humores quieſcentes calefaciendi, & attenuandi, & anguſtia tollenda, quæ ſi non juvant, vi humores attrahendi

Digitized by Google

hendi per ea, quæ caloris, doloris, vel vacui ratione trahunt.

Aphor. 3.

Humores qui non rectè moventur indicant auxilium, motum inhibens & avertens, quod fit quatuor modis: Revulſione, derivatione, repulſione, & interceptione. *Humores qui non rectè moventur.*

Aphor. 4.

Revulſio eſt humoris in aliquam partem fluentis, vel fluxuri averſio in contrarium, id eſt, humorem ad principium fluxionis revocat. Ejus ſpectantur differentiæ, inſtrumenta & uſus. *Revulſio humorũ motu peccantium.*

I. *Differentia* revulſionis eſt vel univerſalis vel particularis: *Univerſalis* contrarietatem obſervat reſpectu totius corporis, ut cum à capite revellimus ad crura, & convenit in morborum principiis, & corpore adhuc pleno. *Particularis* ſeu localis, in uno tantum membro contrarios terminos reſpicit, ut ab occipite ad ſinciput, & in principio morbi non adhibenda.

II. *Inſtrumenta* quæ trahunt, vel calore & dolore vel vacui ratione aperiantur: *calore & dolore*, ut frictiones, ligaturæ,

 lotio-

Digitized by Google

lotiones, fomenta, veſicatoria, cauſtica. *Vacuiratione*, ſunt venæ ſectio, ſcarificatio, hirudines, menſium fluxus, hæmorrhoides, purgatio per alvum, vomitus, urinæ, ſudores.

III. *Vſus reſpicit* quantitatem, tempus & loca: *quantitas* revulſionis quantitati fluxus & virtutis tolerantiæ reſpondeat. *Tempus* adhibendi pręcipium eſt, fluxioribus incipientibus. Si tamen fluxio diuturnior eſt, etiam poſt principium adhiberi debet. In minore fluxione, quæ derivatione, aut repulſione ſiſti poteſt, revulſione opus non eſt. *Loca* quibus auxilia revulſoria adhibentur, ſunt varia pro varietate partium. Debet autem pars ad quam trahitur humor, ignobilior eſſe parte affecta, & ſi à toto corpore vel fluxionis principio incerto fluxio fiat, ad remotiſſima fit revulſio. Cùm verò fluxionis principium certum eſt, ad id etiam fluxio revocanda eſt, etſi non ſit pars remotiſſima.

Aphor. 5.

Derivatio humoris. *Derivatio* eſt humoris, parti incumbentis,

Digitized by Google

bentis, & in venis ejus adhuc fluctuantis, ad vicina tractio, & per ea evacuatio. Ejus uſus reſpicit quantitatem tempus & loca. *morum motu peccantium.*

I. *Quantitas* quantitati humores, qui in partem influxit, & viribus ægri reſpondeat.

II. *Tempus commodum*, cum materia influxit, ejuſque copia jam dempta eſt, affluxuſq; ſedatus, & humor parti nondum impactus.

III. *Loca* ſitus partium monſtrat, quæ in genere parti affectæ vicina eſſe debent & meatibus cum ea communicare.

Aphor. 6.

Repulſione utimur, ſi aditu humores prohibemus, & parte conſtrictâ, qui recens influxit, exprimimus, tam intra quam extra venam exiſtentem. Reſpicit tempus locum & prohibentia: *Repulſio humorũ motu peccantium.*

I. *Tempus* commodum eſt principium fluxionis, quibus in augmento digerentia admiſcenda; & cum repellentia ſint duplicia: frigida & humida,

conveniunt cum humor tenuis & paucus eſt, in ſuperficie corporis, cum dolore vel calore magno. Frigida & ſicca verò in dolore non urgente, & cum ob debilitatem partis fluxiones fiunt.

II. *Locus* eſt ille ipſe, à quo repellere oportet.

III. *Prohibentia* non autem adhibenda. 1. in partibus ignobilibus. 2. in partibus nimis profundo loco ſitis. 3. quando fluxio parti principi vicina. 4. in materia venenatâ & malignâ. 5. ictu vel morſu animalis venenati. 6. criticâ repulſione à naturâ factâ. 7. humore multo, & corpore pleno, 8. ſi humor parti jam impactus. 9. ſi dolor adſit vehemens.

Aphor. 7.

Interceptio humorum motu peccantium.

Interceptio à repulſione, loci ratione ſaltem differt. Nam repellentia loco affecta, intercipientia viis, per quas humor fluit, applicantur, & humoribus facultate frigidâ, ſiccâ & adſtringente aditum intercludunt & præcipuè locis ex carnibus ſupra articulos applicantur. Fortioribus utendum in habitu corporis duriore, ubi vaſa ſunt ampliora, aer cali-

calidior, & humoris affluentis major impetus.

Aphor. 8.

Methodus tollendi cauſas loco peccantes.

Loco peccant humores, quod plerumque ad vitium in motu ſequi ſolet. Tolluntur autem, vel inſenſibiliter diſcutientibus, vel manifeſtè emollientibus, & in pus convertentibus:

I. *Inſenſibiliter* diſcutiunt, & commodè adhibentur, cum humor tenuis, paucus, ſub cute hærens molliore, & loco tali, ad quem vis medicamentorum penetrare poteſt. *Tempus* adhibendi commodum eſt, ſtatus, & inſtans declinatio. In augmento quidem locum habent, ſed cum repellentibus miſta. Leviora adhibentur, cum materia eſt in ſuperficie corporis, pars affecta mollis & laxior. Fortiora verò, cum materia profundiore loco ſita eſt, aut ſub denſâ cute, materia ipſa frigidior & craſſior, ſed caute uſurpanda, cum tenues partes reſolvant, craſſioribus relictis, unde iis commodè humectantia & emollientia admiſcentur. Deniq; diſcutientia ſunt acrimoniæ expertia.

Digitized by Google

II. *Manifeſtè* ſub ſpecie humoris, vel emolliuntur vel in pus convertuntur.

Emollientibus utendum, quoties materia craſſa & concretione indurata eſt, quæ cum diſcuti nequeat, prius emollienda eſt. Sunt autem talia moderatè calida, & non valdè ſicca, quæ ſcil: id, quod congelatum eſt, fundunt, & ſenſim per halitum digerunt.

In pus convertuntur à naturâ, cui Medicus opem fert per maturantia & emplaſtica, de quorum uſu notandum. 1. Non eſſe adhibenda, niſi cum planè perſuaſū habemus, humores inſenſibiliter diſcuti non poſſe. 2. Non omnes humores æquè rectè in pus vertuntur. Sanguis quidem facile, at in affectionibus ex bile & melancholiâ natu vix tutò, cum horum uſu humores illi ſæpè ita degenerent, ut cancrum, & alia maligna ulcera excitant, 3. In partibus internis non temerè procuranda ſuppuratio, nā ex pure valdè læduntur.

Inter partes verò externas non tutò circa articulos adhibentur, propter calorem

lorem eorum debilem pure confecto abſceſſus aperiendi, mundandi & conſolidandi ſunt.

SECTIO SEPTIMA.

De indicatione curatoria ſeu methodo tollendi & curandi morbos partium ſimilarium.

Indicatio curatoria.

APHOR. I.

INdicatio curatoria docet tollere morbos partium ſimilarium & diſſimilarium de quibus poſtremis ſequenti ſectione, de morbis autem *partium ſimilarium* hoc loco agemus, ſunt autem duplices, vel intemperiei vel totius ſubſtantiæ. *Methodi tollendi morbos partium ſimilariũ diviſio.*

Aphor. 2.

Methodus tollendi morbos intemperiei.

Circa ablationem *morborum intemperiei* duo conſideranda ſunt, nempe intemperies cum materiâ, & ſine materiâ.

Cum materiâ.

Cum

Cum materia quæ non tollitur, niſi à cauſâ à quâ fovetur, ablatâ, & quidem eò ordine, quo ſeſe conſequuntur, primo ſcil: externa, de hinc antecedens, & tandem conjuncta. Hic tamen notabis *primò* cauſæ nomine, non cauſæ ſimpliciter dictæ tantum ſed & morbi, & affectus, qui alios quandoq; excitant & fovent, intelliguntur, nam hi ſimiliter primo loco tollendi ſunt; *Secundò* ſæpe humor ab ipſa partis intemperie fovetur, qui tamen parti iterum intemperiem communicat, & itâ diverſo reſpectu, & cauſæ, & effectus nomen ſuſtinet. In quibus intemperiebus, Inprimis partium intemperiei ipſi tamen humores, quoties opus, evacuandi.

Aphor. 3.

Sine materia. *Intemperies ſine materia* conſideratur vel in genere, vel in ſpecie.

In genere *In genere* indicat alterationem per contrarium, in certo contrarietatis gradu. Itaq;

I. Qui morbus plurimum à naturali ſtatu receſſit, vehementioribus eget remediis, & contra. Unde morbus calidis in corpore, naturâ frigidiore valentibus

bus expugnandus eſt frigidis: morbus frigidus in corpore calidiore, calidiora requirit. Idem de reliquis intemperiebus ſentiendum.

II. *Medicamentum* non ſolum intemperiei exactè contrarium opponatur, ſed etiam ſit appropriatum.

III. *Videndum*, an corporis aliam preter primas, qualitatem, malignam ſcil: vel aliam à causâ morbificâ acceperit.

IV. *Cavendum*, ne medicamentum aliam quamcunq; qualitatem conjunctam habeat, quæ parti nocere poſſit, quæ adimenda eſt.

V. *Facillimæ ſunt* ad curandum alterationes, quę ex calido & frigido conſiſtunt; ægrius ex frigido & ſicco.

VI. *Situs* partium obſervandus. Partibus enim per ſumma corpora laborantibus, ea medicamenta, quæ intemperies requirit, applicemus: in profundo ſitis, rationem intervalli obſervemus.

VII. *Similium* quæ qualitate cum intemperie conveniunt, uſus omnis fugiendus.

Aphor.

Aphor. 4.

In ſpecie. *Intemperies ſine materia in ſpecie* ac in affectibus capitis thoracis & pulmonum, cordis, ventriculi, epatis, lienis, uteri, oculi.

I. *Caput*, non facilè ultrà mediocritatem alterandum tutius, tamen eſt calefacere, quam refrigerare: & externis partibus capitis ſaltem laborantibus, medicamenta non nimis tenuia & fortia adhibenda, ne intus penetrent, cerebrumq; lædant.

II. *In thoracis* & pulmonum affectibus cavendum 1. ne nimis exſiccemus. 2. Ubi refrigeratione opus eſt, ne frigida adſtringentia adhibeantur, ſed humectantia. 3. Admodum frigida pectori inimica, tam intus quam extra admota.

III. *Medicamentis cordis* ſemper admiſcenda, quæ habent vim roborandi, ut modicè adſtringentia, odorata & Bezoardica dicta, cavendum autem à vehementer refrigerantibus, & calefacientibus.

IV. *Ventriculus* facilè læditur, tam à calore quam frigore nimiis, in calida

lida intemperie paulatim & caute refrigerandum: In frigida verò cavendum, ne nimis calidis, calidum innatum diſſipetur, ac proinde adſtringentium, & roborantium aliquid ſemper addendum.

V. *Epatis*, medicamenta tam interna, quam externa cum tenuitate partium, aliquam roborandi vim habeant, qualia ſunt, quæ adſtringunt, & amara ſunt, ut abſinthium. A dulcibus verò epar, & lien facilè intumeſcunt.

VI. *Lienis*, qui validiſſima perfert medicamenta, quæ extrà tutius adhibentur, ita tamen, ne vel ſubitâ refrigeratione, humores in eò concreſcant, aut exſiccatione inpurentur. In internis verò frequentiâ & diuturniore uſu, quod in vehementiâ deeſt, compenſandum.

VII. *Uteri*, ab aceto abſtinendum; dulcia illi gratioſa, à quibus tamen in gravidis abſtinendum. A ſiccãtibus nimis cavendum, ne tenera uteri ace tabula areſiant. Itaq; ubi calefactione opus eſt, humiditate ſiccitas nimia corrigẽda.

VIII.

VIII. *Oculus* cum ſit ἐναίσθητος, non fert medicamenta aëria, aut quæ ipſum conſtringant, & exaſperent.

Aphor. 5.

Methodus tollendi morbos totius ſubſtantiæ.

Morbi totius ſubſtantiæ, in quibus occulta qualitas maligna per contrariũ alexipharmacum expugnanda, & venenata cauſa ex corpore tollenda, & eradicanda eſt. Ita in febribus malignis humor, qui corruptus eſt tolli, qui corrũpitur, emendari debet.

Aphor. 6.

Methodus tollendi venenum.

Venenum ore hauſtum vomitu mox rejiciendum, vel per alvum educendum. Si vero ultra jecur penetravit, aut cum aëre attractum ſit, per ſudorem expellendum.

Aphor. 7.

Methodus tollendi morſus & ictus venenatos.

Quæ morſu aut ictu venenatorum animalium communicata, aut per contractum corpori quocunq; modo illata ſunt, quamprimum retrahenda, & extrahenda ſunt omnibus modis, ne in corpus penetrent. Ideoq; cucurbitulæ, & attrahentia, tam à proprietate, ut galline podex, pulmones recens mactatorũ animalium quam manifeſtis qualitatibus,

Digitized by Google

bus, dolorem excitantia & cauteria actualia, & potentialia adhibenda carnis læſa portio exſcindenda, vel totum etiam, aut vinculo ſuperiori loco injecto, ne venenum in corpus ſerpat, ligandum.

Præcipuè autem quodlibet venenum iis remediis, quæ experientia docuit, ipſi eſſe adverſiſſima, expugnandum, iisdemq; corroborandum. In venenis tamen qualitates manifeſtas ſimul attendere, magna ſanationis pars eſt.

SECTIO OCTAVA.

De Methodo curandi morbos partium diſſimilarium, nempe organicos & ſolutæ unitatis.

APHOR. I.

Methodus curandi morbos organicos. *Ejus diviſio.*

MOrbi organici curantur prout peccant, quintupliciter autem peccant, nempe in conformatione, numero, magnitudine, ſitu, & connexione: de ſingulis his in ſequentibus aphoriſmis in ſpecie agemus.

Aphor. 2.

Methodus cu-

Morbi organici conformationis triplices

randi morbos conſormationis Figura.

plices ſunt, figuræ, cavitatum & ſuperficiei.

Morborum conformationis figuræ generalis eſt indicatio, partis ſcil: in contrarium vitioſæ figuræ mutatio, quod fit dupliciter Διαπλάσει & ἐπιδέσει: διαπλάσει ſeu formatione, quę manibus paulatim, & ſæpius comprimendo perficitur, ut in infantibus. ἐπιδέσει, quâ & faſciis, pars in contrarium figuræ vitioſæ adducitur, & ferulis retinetur, ne in figuram vitioſam rurſus deflectere poſſit.

Aphor. 3.

Cavitatum.

Morborum conformationis cavitatum duæ generales indicationes ſunt; præternaturalia clauſa aperire, & aperta præternaturalia claudere, ſunt autem vel in exceſſu vel in defectu.

I. *Exceſſu*, & vas claudendum indicant, quod in partibus externis, medicamentis & ligatura perficitur; in internis, variè, pro cauſarum varietate. Sic ἀναστόμωσις orificium vaſis obdurandum & adſtringendum indicat: διαπήδησις deuſan-

denſantia, & ingreſſantia requiret: διαίρεσις, ſi à ruptura ſit, ruptum vas uniendum & claudendum indicat; ab eroſione verò, primum ſarcotica, hinc conſolidantia requiruntur.

II. *Defectu* morbi cavitatum peccant, in obſtructione, coaleſcentia, conſtipatione, compreſſione, ſubſidentia. 1, Obſtructionis indicatio eſt vel communis vel ſpecialis: *Communis* eſt ſui apertio, cauſis ejus per loca convenientia ſublatis, quæ ſunt humores craſſi & viſcidi, qui abſtergentia & incidentia poſtulant, nunc fortiora, nunc debiliora, pro ipſius humoris naturâ, & partis, in qua hæret, conditione, ubi tamen ſemper appropriata ſumenda; vel humores multi qui toto genere vel quantitate peccant: Toto genere præternaturales ſunt, ut pus, ſanguis in grumas concretus, & indicant omnimodam evacuationem, una, vel pluribus vicibus inſtitutam, humores quantitate peccan-

peccantes indicant ἀποκένωσιν id eſt ab evacuationem.ut ſcil: id quod abundat, imminuatur. *Specialis* indicatio obſtructionis quoq; duplex eſt, inteſtinorum vel veſicæ: *inteſtinorum* à fæcibus duris in colicâ, eſt fecum evacuatio, quæ cum duræ ſint, prius pinguibus clyſteribus emolliendæ ſunt, & tum demum acribus evacuandæ, extra etiam ventri olea & alia emollentia adhiberi poſſunt, quæ nonnulli etiam per os exhibent. Indicatio *veſicæ* à lapide, qui meatum veſicæ obſtruit, eſt transpoſitio, quę fit corporis concuſſione, homine ſupino jacente, vel cathetere immiſſo. Sed cum hæc curatio imperfecta ſit, tollendus eſt calculus, vel ſectione, quæ periculoſa, vel per medicamenta calculum frangentia. 2. Coaleſcentia, qua cum ſint ex coalitu laterum meatus, indicat medicamentũ iterum rumpens & tollens cicatricem illam. 3. Conſtipatio, cauſam illam anguſtiæ, tollendam indicat, cavunculam ſcil: eſſe exſtirpandam, atq; abſumendam, tuberculum concoquendum, materiamq; evacuandam. 4. Compreſſio, cauſam, meatum extra comprimentem

tem

Digitized by Google

tem & claudentem, tollendam indicat, & ſpeciales indicationes, pro cauſarum varietate variæ: Ut ſi à tumore fiat compreſſio, tumor ſuo modo curandus: ſi ab oſſe luxato, os in ſuam ſedem collocandum: pars à frigore, aut adſtringentibus ac ſiccantibus quaſi contracta, laxantia & humectantia indicat 5. ſubſidentia, ſi fiat à nimiâ humiditate, ſiccantia indicat.

Aphor. 4.

Morborum conformationis ſuperficiei aſperitas & lævitas notatur: *Superficiei.*

I. *Aſperitas* indicat lævigationem, ſublatis cauſis, ſi quod excavatum eſt, repleatur, quod fit in partibus mollibus per humectantia, quæ ſimul lentorem quendam habeant. Vel quod extat, dematur, in partibus mollibus, medicamentis abſtergentibus; oſſibus raſione utendum.

II. *Lævitas* curatur revocata naturali aſperitate, per medicamenta abſtergentia, quæ nimirum glutinoſos humores partium ſuperficiei tenacius ad hæreſcentes, liberare, & fibras ab humoribus quaſi laxatas, contrahere poſſunt.

Digitized by Google

Aphor. 5.

Methodus curandi morbos numeri.

Membra in corpore humano, numero peccant, vel defectu vel exceſſu.

I. *Defectu* & id quod deeſt reſtituendum indicat, quo ſolius naturæ opus eſt, & Medicus in his tantùm ejus miniſter, dum robur tuetur, materiam idoneam ſubminiſtrat, per cibos bonum ſanguinem generantes, ac tandem impedimenta removet; partes verò compoſitæ amiſſæ, neque eædem ſpecie, neque iis ſimile quid facile ſubſtitui poteſt, in quibus tertius ſcopus eſt, ut decorem quendam inveniamus, aut aliquid machinemur, quod partis amiſſæ uſum aliquo modo præſtare poſſit.

II. *Exceſſu,* & remotionem indicat. Omnia autem quæ abundant, tolli poſſunt, modò Chirurgorum operationibus ſint obvia, & ablatio periculum conjunctum non habeat. Inſtrumenta, quibus ablatio perficitur, tria ſunt; ferrum, ſeu omnis generis inſtrumenta acuta: ignis, ut cauteria actualia, & medicamenta, ut cauteria potentialia.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 6.

Magnitudo membrorum quæ præcipuè carnoſas partes occupat, eſt vel aucta vel imminuta:

Methodus curandi morbos magnitudinis.

I. *Aucta*, ut inde actiones lædantur, ſui imminutionē indicat. Quare ſi totum corpus, vel pars totaliter, & æqualiter augeatur, duo ſpeciales ſunt ſcopi, partibus ſcil: nimium alimentum ſubtrahere, & diſcutientibus abſumere. Ita ſi tumor ſit in aliqua parte, imminuendus eſt, quod fit, ſi materia in corpore abundans per evacuantia tollatur, ejusq; ad partem affluxus prohibeatur, revulſione, interceptione, & derivatione, & quod influxit, ex parte affectâ evacuetur repulſione, & derivatione, & reliquum vel inſenſibiliter, per diſcutientia, vel ſenſibiliter, ut ſcarificationibus, vel ſuppurantibus per ipſam partem affectam tollatur.

II. *Imminuta* augmentum indicat, quod perficitur ἀναθρέψει ſeu inſtauratione; vel γενέσει ſeu regeneratione: *inſtauratione*, quando pars quæ ob alimenti defectum contabuit, per bonum & copioſius alimentum inſtauratur, &

Digitized by Google

naturalem molem iterum acquirit: quod fit, ſi ſanguis in ambitum corporis attrahatur, calor nativus roboretur, & id quod attractum eſt, non diſſipetur. *Regeneratione* perficitur, quâ quod amiſſum eſt inſtauratur, quod ſolius naturæ opus eſt.

Aphor. 7.

Methodus curandi morbos ſitus.

Membra non rarò in naturali *ſitu* mutantur & vitiantur, talis ergo ſitus membri præternaturalis indicat ſui repoſitionem in naturalem locum; cui ſatis fit, partem ad oppoſitam ei, à quâ facta eſt permutatio, intendendo, & ſic luxationes curantur. Ita & aliæ partes in ſuum locum retrudendæ ſunt.

*Aphor.*8.

Methodus curandi morbos connexionis.

Connexio membrorum dupliciter peragitur 1. Si partes ſejunctæ conjunguntur præternaturaliter, cum ſeparandæ ſunt, quod fit Chirurgia, ſeu ferri & ſcalpelli ope, aut filo ſerico, aut ſeta equina, vel medicamentis cauſticis & ſepticis. 2. Partes præternaturaliter disjunctæ, conjunctionem indicant,

Digitized by Google

dicant, ut id quod continet, firmius ſolidiusq; reddatur. Diſjunguntur autem partes vinculis & partibus, quæ eas continebant, vel laxatis, vel ruptis. Ideo partes illæ, quæ continent, vel adſtringentibus, ſi ſcil: laxitas ab humido ortum habeat, vel vinculis roborari debent.

Aphor. 9.

Morbi ſolutæ unitatis indicant unionē, quæ ſolius naturę opus eſt. Medicus verò ejus miniſter, cujus præcipua hic officia in genere & ſpecie cōſiderantur. *Methodus curandi morbos ſolutæ unitatis.*

I. *In genere* medicus 1. Videat, ne quid incidat in partem affectam, quod conglutinationem impedire poſſit.

2. *Labia* in unitate ſolutâ iterum rectè conjungat & conjuncta ſervet.

3. *Temperamentum* ipſius partis conſervet, & agglutinatione, naturæ neceſſarium auxilium præſtet.

4. *Symptomata*, quæ ſupervenire poſſunt, præcaveat & corrigat.

II. *In ſpecie.*

In *Vulneribus* extraneum omne eximendum, hinc labia vulneris rectè

Digitized by Google

conjungenda, & conjuncta ſervanda, reliquum opusnaturæ committendum. Medicus ſaltem det operam, ut ſanguis affluens nec qualitate nec quantitate peccet, ſarcotica vulneri imponat, tandemque cicatricem inducat. Symptomatibus vero ſupervenientibus, ut hæmorrhagiæ, dolori, convulſionibus occurrat, & inprimis inflammationem præcaveat.

In *fracturis* curandis, duos ſcopos ſibi habeat propoſitos, 1. Ut oſſa fracta rectè iterum conjungãtur & naturalis ſitus & figura ipſis reſtituatur. 2. Ut in naturali figurâ retineantur, & per callum coaleſcant, cujus generationi naturam adjuvet Medicus, ſymptomata præcavendo, & alimentum per ſiccantia medicamenta diſponendo, ut in callum eò citius mutetur.

Digitized by Google

SECTIO NONA.

De Methodo curandi ſymptomata urgentia.

Methodus curandi ſymptomata urgentia

APHOR. I.

EGimus hactenus de methodo curandi & tollendi cauſas ac morbos; reſtat ut hoc loco methodum *ſymptomata urgentia* curandi aperiamus; dicuntur autem ſymptomata urgentia, omnia ea, quæ tale minantur periculum, ut non poſſit expectari morbi illius, vel cauſæ, à quibus pendet, ablatio, ſed ſi expectatur, vitæ diſcrimen aut magnum incommodum immineat. Suntque ſymptomata actionis læſæ, excretorum, & qualitatum mutatarum.

Methodus curandi ſymptomata actionis læſæ ejusq; diviſio.

Aphor. 2.

In actione læſa ſpectantur dolor, vigiliæ nimiæ, ſitis, ſanguis profluens, lypothymia, de ſingulis in ſequentibus aphoriſmis ſpecialius agemus.

Aphor. 3.

Methodus curandi dolorem.

Dolor, qui leniens dolorem, indicat, quod fit ſi 1. Ipſe in parte ſenſus tollatur vel *triſti ſenſationi* contrarium objectum opponendo, ſenſationem ſcil: jucundam quam efficiunt, quæ blando ac tepido calore ſunt prædita, ut anodina, & aquæ dulcis balneum, oleum commune, animalium pinguedines, & alia, quæ in dolore non contumaci ſufficiunt. Vel *ſenſum partis* tollendo per narcotica, quibus cautè, & non niſi in extremâ neceſſitate utendum, & ſi dolor anodynis non cedat, & præſens periculum immineat.

2. *Animæ advertentia* impediatur, ea ad alia objecta advertendo, ut amicorum colloquia, muſicam, inſpectionem rerum jucundarum: dolor item major minorem obſcurat.

Aphor. 4.

Methodus curandi vigilias nimias.

Vigiliæ nimiæ, ſomnum concilians indicant, quod fit quatuor modis; ſi 1. Removeantur omnia, quæcunq; ſenſum aliquem

Digitized by Google

aliquem ad operandum excitare poſſunt. 2. Ab externorum ſenſuum actione animus avocetur, & ſpiritus animales à motu ad quietem placidè invitentur. 3. Ea adhibeantur, quæ peculiari vi ſpiritus animales ſopiunt, ſeu narcotica. 4. Exhibeantur quæ calidos & acres vapores temperant, & ſuaves vapores in cerebrum mittunt, quibus id humectatur, & ſpiritus animales quaſi ſopiuntur.

Aphor. 5.

Sitis, quæ cum fiat ex defectu frigidi & humidi, indicat frigidum & humidum, & contrarium. Unde ſi hujus ſenſus ſit, vel in ore tantum, id humectetur & refrigeretur, unde aqua frigida, ceraſa, criſtallus, vel ſimilia in ore tenenda. Si in toto corpore, potus copioſus, præſertim aquæ frigidæ eſt optimum remedium, mitigatur tamen ore humectato & refrigerato, utpotè in quo maximè urget. *Methodus tollendi ſitim.*

Aphor. 6.

Sanguis profluxus, indicat remedium illum ſiſtens, quod fit duobus modis: prohibendo nimirum. *Methodus ſiſtendi ſanguinē profluentem.*

 1. Ne

I. Ne ſanguis ad locum è quo exit confluat, quod præſtatur, ſi non attrahatur ab eo, ſi cauſæ attractionis tollantur, ut calor, dolor, ſitus moleſtus, rerum rubrarum & inimicarum aſpectus; Si repellatur, refrigerantium & adſtringentium uſu. Si trahatur in aliam partem, revellendo & derivando.

II. *Ne vaſa* ipſum effluere ſinant, quod fit ſi exitus claudatur, ubi ſcil: via è quâ ſanguis effluit, vel obſtruitur, vel adſtringitur, & quandoq; alterum tantum, quandoq; utrumq; in magnâ ſcil: ſanguinis profuſione, neceſſarium eſt.

Aphor. 7.

Methodus tollendi lipothymiā.

Lypothimiæ ſuccurrimus reficiendo ſpiritus, & ſi cauſæ remotione ſtatim fieri non poſſit. Ad hanc rem aptiſſima ſunt, aër purus, vinum generoſum & ex eo deſtillati ſpiritus.

Aphor. 8.

Methodus tollendi ſymptomata.

Hactenus egimus de methodo medende, curandi & tollendi ſymptomata actionis læſæ; reſtat ut doceamus metho-

Digitized by Google

methodum curandi *excretorum & qualitatum mutatarum ſymptomata:*

I. *Excretorum* ſymptomata, ut hircus ſub alis habitans, commodiſſimè tollitur cacochymiâ curatâ: ipſi tamen malo, rerum odoratarum uſu ſuccurrimus. *Anhelitus* fœtens, cauſâ ſublatâ tollitur, maſticatione tamen caryophillorum, radicis ireos, & rerum odoratarum tegitur.

Excretorum.

II. *Qualitates mutatæ* non ita quidem urgent, fœminæ tamen ob deformitatem, eas maxime tolli cupiunt.

Qualitatum mutatarum.

SECTIO DECIMA.

De indicatione vitali ſeu conſervatoria aut methodo vitam ſeu vires corporis noſtri conſervandi.

Indicatio vitalis ſeu conſervatoria.

APHOR. I.

SEctione primâ hujus libri Aph. 8. diximus methodum medendi niti indicantibus & indicatis; indicãtia autẽ diximus eſſe propria vel minꝰ propria; propria rurſus diſtinxi. prout ſumũtur à rebus præter & ſecundũ naturã: indicãs pro-

Indicationis conſervatoriæ ortus & diviſio.

Digitized by Google

proprium à rebus præternaturalibus ſumptum vel à morbo & cauſa ſumi, & tum curatorium vocari; vel à cauſa morbi, & tum præſervatorium; vel à ſymptomate urgente ſumi, diximus. Indicans autem ſecundum naturam ſeu vitale ex viribus & ſanitate ſumi, ac conſervatorium vocari eodem loco, traditum eſt.

Indicationes prædictas omnes loco citato in genere explicavimus: in ſpecie autem indicationem pręſervatoriam in hujus libri ſectione ſextâ indicationem curatoriam; ejusdem ſectione ſeptimâ & octava; methodum tollendi ſymptomata urgentia, prædicti libri ſectione nova; indicationem verò vitalem ſeu conſervatoriam hâc ſectione invenies.

Definitio & diviſio. Eſt autem *indicatio vitalis* ſeu conſervatoria, quæ vitam ſeu vires corporis noſtri tuetur, & circa ſubſtantiam partium ſpirituoſarum, ſolidarum, & carnoſarum, conſervandam, verſatur. Ubi conſideranda indicantia, prohibentia & permittentia, diæta & uſus.

Aphor.

Aphor.2.

Indicantia, vires ſcil. quæ ratione ſui ſubjecti, alimoniam indicant, ac proinde ſanitas, ſanitatis cauſæ, & accidentia, conſiderantur. *Indicantia.*

I. *Sanitas* indicat, ſi una vel plures partes laborant, dandam operam, ut reliquæ ſanæ conſerventur, & partis affectæ calidum innatum conſervetur. Si verò totum corpus ægrotet, ut totius corporis calidum innatum & ſpiritus inſiti conſerventur.

II. *Cauſæ* ſanitatis indicant, curandum eſſe ut nihil extra accidat, quod ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, & motum naturalem ſpirituum, humorum, & excrementorum mutare poſſit, quod fiet rectò, ſex rerum nonnaturalium uſu.

III. *Sanitatis accidentia* ſunt actiones ſanæ.

Aphor.3.

Prohibentia & permittentia conſiderant morbum, cauſam morbi, tempora, paroxyſmos, ætatem, conſuetudinem, annitempus & cœli ſtatum. *Prohibentia & permittentia.*

I. *Morbus propriè* neque indicat neque

Digitized by Google

que prohibet victum: cum enim alimentum, quatenus alimentum, nullum habeat exceſſum, ſed ſolum vim nutriendi, morbo etiam nihil oberit.

II. *Cauſa morbi* alimentum prohibere poteſt, cum ſui evacuationem indicet, & naturam idcirco ſibi ſoli vacare jubeat, quæ alimenti exhibitione avocatur à coctione & evacuatione materiæ morbificæ, unde quid magis urgeat videndum; & nunc plus, nunc minus de alimento ſubtrahendum.

III. *Tempora morborum*, ut cauſarum ſigna etiam victum prohibent. Nam cum morbi vis eſt maxima, tum tenuiſſimo victu utendum.

IV. *Paroxyſmi* ſunt cauſæ morbificæ ſignum, victum prohibentis; fieri tamen poteſt, ut vires, ſi in acceſſionibus nimis dejiciantur, plus valeant in indicando victu, quam cauſa morbifica in prohibendo poſſit, ut tum majoris periculi evitandi cauſa, in ipſis acceſſionibus alere neceſſarium ſit.

V. *Ætas*, conſuetudo, anni tempus, cœli ſtatus, & ſimilia omnia, victum non

non indicant, ſed ſaltem ſunt ſigna virtutis, ejus robur vel imbecillitatem ſignificantia.

Aphor. 4.

Diæta conſiderat materiam & differentias: Diæta.

I. *Diæta materia*, ſunt ſex res non naturales, ex quibus alimentum generatur, *primo* & per ſe, & propriæ alimentorum materiæ dicuntur, ut aer, cibus & potus; *ſecundo* per accidens adjuvando, ut veræ alimentorum materiæ in alimentum commodius convertantur; tales ſunt ſomnus & vigiliæ, motus & quies, inanitio & repletio, animi affectus.

II. *Diætæ differentiæ* ſunt variæ; datur enim diæta craſſa mediocris & tenuis. 1. *Diæta craſſa* non ſolùm vires præſentes conſervare, ſed etiam augere poteſt, & morbis longis competit, & quo morbus tardior, eò victus plenior. Eſtque triplex; ſimpliciſſima: quæ fit per ptiſanam hordeaceam integram. Craſſior ſeu plenior, quæ fit

fit per piſces & ova. Pleniſſima, quæ & carnes caſtratorum concedit. 2. *Mediocris*, quæ vires, quales accipit, conſervat, & morbis longis competit. 3. *Tenuis*, quæ vires quidem conſervat, nonnihil tamen imminutas, & morbis acutis competit. Eſtque itidem triplex, vel ſimpliciter talis, & fit per ptiſanæ ſuccum. Vel tenuior, in qua meliora-tum exhibebant antiqui. Vel tenuiſſima, quę fiebat per panem in jure lotum, vel etiam per carnes pullorum. Sed hodie conſuetudinis locorum, & regionum ratio attendenda, & ſecundum ea, materiæ victus tenuis, moderandæ ſunt.

Aphor. 5.

Vſus ſeu recta adminiſtratio victus reſpicit quantitatem & tempus:

Vſus ſeu recta adminiſtratio.

Quantum triplex doſis, ſumma, media, & minima, in omni victu ſive tenui, ſive craſſo adhibetur. Quæ autem doſis, quando exhibenda ſit, ex virtute & cauſa morbi invicem collatis colligitur. *Cauſa* quidem morbi victum ſemper prohibet; *virtus* autem, prout nunc magis, nunc minus in morbo oppugnando

gnando occupata eſt, nunc majorem nunc minorem doſin indicat. In principio ſcilicet morbi, victus, qui morbo competit, in ſummâ doſi, in augmento, in mediâ doſi, in ſtatu in minima doſi exhibendus eſt. Sæpe etiam evenit, ut virtus ſit valde imbecillis, & propterea roboranda, cauſa etiam morbi valde urgeat, & tunc parum cibi, ſed ſæpius exhibendum eſt.

II. *Tempus exhibendi* cibi in morbis continuis eſt conſuetum. In intermittentibus, cum paroxyſmus ceſſat, vel quierit, vel maxime à principio receſſit. Interdum tamen in ipſo paroxyſmo cibus dandus, ſi virium lapſus id requiratur, ſi ſcil: febris ſit ab humore acri & mordaci, accenſo à ſole, ira, inedia, laboribus, æger corporis habitu ſit gracilis, temperamento calido & ſicco, æſtivo præſertim tempore: tunc enim, niſi vel paulo ante paroxyſmum vel etiam in paroxyſmo cibus exhibeatur, facile in ardentem febrim, vel hecticam, syncopen, aut convulſionem, aut ſimile quid incidens, de virium jactura periclitabitur, ad quæ mala evitanda, & vires conſervan-

ſervandas, vel in ipſo paroxyſmo cibus exhibendus.

SECTIO VNDECIMA

De materia auxiliorum.

Medicinæ partem φαρμακοποιητικην complectens, ſeu libri quinti pars altera, docens medicamentorum præparationem & compoſitionem, in ſpecie hâc ſectione chirurgiam.

APHOR. I.

Ejus diviſio.

HActenus egimus de methodo medendi, reſtat ut conſideremus medicamentum ipſum, ſeu materiam auxiliorum; quæ tribus conſtat, *diatâ, pharmacis & chirurgiâ*; de diætâ præcedente ſectione actum eſt; de *chirurgia* hac ſectione, de pharmacis verò ſequentibus agamus.

Aphor. 2.

De chirurgia ejus diviſio.

Operationes chirurgicæ quinque ſunt σύνθεσις, διόρθωσις, διαίρεσις, ἐξαίρεσις, curtorum redintegratio.

Aphor. 3.

Separatorum conjunctio.

Σύνθεσις eſt ſeparatorum conjunctio.

I. In

I. *In genere* fit deligatione, ad quam pertinet faſciatio, ſpleniorum injectio, ferularum adaptatio, & obligatæ partis recta collocatio.

II. *In ſpecie* fit, vel oſſium vel partium carnoſarum tractatione: 1. oſſa fracta duobus modis, extenſione nempe & confirmatione partis conjunguntur. Luxata tribus modis, vel chirurgi manibus, vel inſtrumentis vulgaribus, vel ſingularibus, conjunguntur. Quocunque autem modo fiat, quatuor operationes ad eam ſunt neceſſariæ, nempe extenſio, repoſitio, deligatio, ac membri depoſiti confirmatio. 2. partes carnoſæ conjunguntur dum disjunctæ ſunt, vel ſine vulneratione vel cum vulneratione: *ſine vulneratione* fit prolapſarum repoſitio, ut in inteſtinorum, uteri vel ani procidentia, umbelici prominentia. Partium carnoſarum *vulneratarum* labia conjungenda, & ita ſervanda, vel faſciatione, vel ſutura per glutinum, aut acum, ad quam acu triangulari, filo firmo cerâ oblito, & canali in extremo feneſtrato, opus eſt.

Aphor.

Aphor. 4.

Diſtortorum correctio.

Διόρθωσις ſeu diſtortorum correctio, requirit cranij depreſſi elevationem, cucurbitula emplaſtro aut terebra elevatoria; oſſium, narium factorum diductionem & conformationem; contractorum membrorum correctionem; incurvatorum rectam conformationem.

Aphor. 5.

Διαίρεσις.

Διαίρεσις duas habet ſpecies, ſectionem nempe & uſtionem, quo & extractio per cucurbitulas pertinet.

Sectio eſt vel partium mollium, vel durarum hæc oſſium raſione, limitatione, perfectione, ſerratione; illa cæſim vel punctim peragitur. *Cæſim* ut venæ ſectione, abſceſſuum apertione, fiſtularum inciſione, partium præternaturaliter conjunctarum ſeparatione, ſcarificatione, vaſorum in fronte, vel temporibus ſectione, varicum, & aneuriſmatis ſectione.

Punctim ut paracentheſis abdominis in hydrope; cutis capitis, in hydrocephalo, ut & in ſcroto aqua repleto; ſuffuſionis per puncturam curatione; larya-

laryngotomia, thoracis inciſione, in empyemate, ſetacei, & hirudinum applicatione.

Uſtio in partibus mollibus & duris fit per cauteria actualia, vel potentialia, quibus fontanellæ fiunt.

Aphor. 6.

Ἐξαίρεσις ſeu extractio rei vel extra corpori immiſſæ, vel in corpore genitæ hoc loco conſideratur. *Extractio.*

I. *Res extra* corpori immiſſæ, variæ ſunt, ut ſpinæ, tela, globuli è ſclopetis & ea, quæ in fauces, guttur, nares, aures, oculos inciderunt & in iis hærent.

II. *Res in corpore genitæ* illic vel ſecundùm vel præter naturam detinentur, 1. ſecundùm naturam, res ſunt vel planè corruptæ, vel præter naturam detentæ: *planè corruptæ* abſcindendæ ſunt, ut cancri extirpatio; vulvæ, penis, uteri abſciſſio; dentium evulſio, extremorum emortuorum amputatio.

Præter naturam detentæ excidendæ, ut fœtus vivus vel mortuus & mola; vel extrahendæ ſunt, ut urina per catheterem. 2. præter naturam res vel partibus adnatæ, vel in parte aliqua corporis contentæ

tentæ ſunt: *partibus* adnatæ ut verrucæ, acrochordones, condylomata, & excreſcentiæ in ano, glande, vulva, calli, clavi, nodi, ſtrumæ; ſarcomata narium, & polypus, epulis in gyngivis, caruncula in meatu urinario, fungi, hernia carnoſa. Res in parte aliqua corporis contentæ variæ ſunt, ut aqua in ſcroto, in hernia aquoſa, calculus in veſica, renibus vel pene.

Aphor. 7.

Curtorũ redintegratio.

Curtorum redintegratio peragitur vel cura palliativâ, vel per inſitionem naſi, aurium labiorum &c.

SECTIO DVODECIMA

De pharmacopæâ, in ſpecie de medicamentis ſimplicibus.

APHOR. I.

De medicamentis ſimplicibus.

ABſolutâ diætâ & chirurgiâ, reſtat ut ad ultimam auxiliorum materiam, nempe *pharmaca* nos convertamus, in horum autem explicatione, duo conſideranda occurrunt, *medicamentum ſcil: ipſum ejusque compoſitio*, hâc ſectione itaque

itaque *medicamentum ipſum* qua ſimplex, ſequentibus autem, qua compoſitum conſideramus.

Aphor.2.

In *medicamentis ſimplicibus* quatuor conſideranda ſunt, nempe medicamentorum, materiæ, differentiæ, claſſes, & modus eorum vires inveſtigandi. *Diviſio.*

Aphor.3.

Materia petitur è plantis, animalibus, mineralibus & metallis: *Materia medicamentorũ ſimplicium.*

I. *Plantæ* ſumuntur vel integræ, vel earum partes, radices, ligna, medullæ, cordex, folia & ſurculi, flores, ſemina, fructus, ſucci, gummi, reſinæ, olea, liquores, ut vinum &c.

II. *Animalia* adhibentur vel integra, vel eorum partes, ut cornu, medullæ, caro; vel quæ in iis generantur; ut lac, ova, vel eorum opera ſunt; ut mel, cera; Vel excrementa, ut fel, urina &c.

III. *Ad mineralia & metalla* eorumque excrementa, varia terrarum genera

genera pertinent, ut & lapides gemmæ, ſalia, & ſucci in terrâ concreti, ut naphtha, aquæ thermales : item manna huc pertinet.

Aphor. 4.

Medicamentorũ ſimplicium differentia.

Differentia medicamentorum ſimplicium duplices ſunt, juxta eas alia medicamenta dicuntur *actu talia*, quæ primo contractu corpus noſtrum afficiunt, ita glacies actu frigida admota, corpus refrigerat. *Alia verò dicuntur potentiâ talia*, quorum vires manifeſtæ vel occultæ ſunt.

Manifeſtæ vires medicamentorum vel primæ vel ſecundæ vel tertiæ ſunt: *prima*, calefaciendi, refrigerandi, humectandi, & ſiccandi vim habent; *ſecunda* emollire, indurare, condenſare, rarefacere, reſolvere, attenuare, ingraſſare, attrahere, & repellere poſſunt: *tertia* urinam movere, menſes ciere, & ſiſtere, vomitum movere, carnem generare & calculos frangere poſſunt.

Occultæ vires medicamentorum certum humorem evacuant; vel certo alicui membro appropriata ſunt: vel venenis reſiſtunt.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 5.

Medicamenta ſimplicia *ſex claſſes* habent, quarum. *Claſſes medicamentorũ ſimplicium.*

I. *Novam qualitatem* inducentia continet, qualia ſunt, quæ qualitatibus primis operantur, appropriata, emollientia & indurantia: laxantia, rarefacientia, & condenſantia: ſtipantia & obſtruentia: adſtringentia & aperientia: attenuantia & incraſſantia; implentia & detergentia: anodyna, narcotica & ſomnum conciliantia.

II. *Quæ in motu conciliando valent*, ut attrahentia & repellentia.

III. *Quæ in generatione alicujus conſiſtunt*, ut, maturantia, pus generantia, ſarcotica, glutinantia, cicatricem inducentia, lac, & ſemen generantia.

IV. *Quæ corrumpunt*, ut corrodentia, putrefacientia, cruſtam inducentia, adurentia, lac & ſemen corrumpentia.

V. *Quæ in ablatione rei conſiſtunt*, ut lenientia, purgantia, vomitoria, urinam cientia, ſudorifera, diaphoretica & flatus diſcutientia menſes cientia, ſecundinam expellentia, fœtum mortuum

genera pertin[illegible] frangentia, er-
ſalia, [illegible] pituitam purgan-
tha[illegible] vermes necantia, & expel-
p[illegible]

VI. Continet venenis reſiſtentia & a-
lexipharmaca.

Medica-[illegible]
me[illegible]
ſimp[illegible]
ciu[illegible]
ſe[illegible]

Aphor. 6.

Modus vires medicamentorum ſim- plicium inveſtigandi à ſaporibus imprimis deſumitur præcipuè verò experientiâ.

Modus vires medicamentorũ inveſtigandi.

SECTIO DECIMA TERTIA

De Pharmacis, eorum nempe compoſitione, præcipuè de ſimplicium medicamentorum præparationis & compoſitionis præcognitis.

Præcognita pharmaceutica.

APHOR. I.

Eorum diviſio.

P*Ræcognita pharmaceutica* tradunt compoſitionis medicamentorum cauſas, requiſita, pondera & doſes.

Aphor.

Aphor.2.

Compoſitionis medicamentorum cauſas indicat, vel ipſum medicamentum vel ejus uſus. *Compoſitionis medicamentorũ cauſa.*

I. *Cauſas ipſum medicamentum* indicat ſuâ virtute; nam ſi virtus ejus debilis ſit, roboranda eſt admiſtione intenſioris. Si deficiat facultas aliqua, addenda: ſi fortius ſit medicamentum, quam requiritur, addendum aliquid, à quo remittatur. Si ſimplex habeat aliquam ſuperfluam vel noxiam qualitatem, admiſcendum aliquid, à quo illa corrumpatur.

II. *Uſus medicamenti* ejus compoſitionis cauſas indicat & opus habet. 1. conſervante, ne corrumpatur. 2. Vehiculo, ut ad locum affectum viribus integris facilius perveniat. 3. quod ei conſiſtentiam det, ut parti applicatum maneat.

Aphor.3.

Ad compoſitionem medicamentorum *neceſſaria* requiruntur baſis, corrigentia & juvantia, dirigentia, conſervantia. *Compoſitionis medicamentorũ requi-*

expellentia, calculum frangentia, errhina, ſternutatoria, pituitam purgantia, bechica, vermes necantia, & expellentia.

VI. *Continet venenis reſiſtentia* & alexipharmaca.

Aphor. 6.

Modus vires medicamentorum ſimplicium investigandi.

Modus vires medicamentorum ſimplicium inveſtigandi à ſaporibus imprimis deſumitur præcipuè verò experientiâ.

SECTIO DECIMA TERTIA

De Pharmacis, eorum nempe compoſitione, præcipuè de ſimplicium medicamentorum præparationis & compoſitionis præcognitis.

Præcognita pharmaceutica.

APHOR. I.

Eorum diviſio.

P*Ræcognita pharmaceutica* tradunt compoſitionis medicamentorum cauſas, requiſita, pondera & doſes.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 2.

Compoſitionis medicamentorum cauſas indicat, vel ipſum medicamentum vel ejus uſus. *Compoſitionis medicamentorū cauſa.*

I. *Cauſas ipſum medicamentum* indicat ſuâ virtute; nam ſi virtus ejus debilis ſit, roboranda eſt admiſtione intenſioris. Si deficiat facultas aliqua, addenda: ſi fortius ſit medicamentum, quam requiritur, addendum aliquid, à quo remittatur. Si ſimplex habeat aliquam ſuperfluam vel noxiam qualitatem, admiſcendum aliquid, à quo illa corrumpatur.

II. *Uſus medicamenti* ejus compoſitionis cauſas indicat & opus habet. 1. conſervante, ne corrumpatur. 2. Vehiculo, ut ad locum affectum viribus integris facilius perveniat. 3. quod ei conſiſtentiam det, ut parti applicatum maneat.

Aphor. 3.

Ad compoſitionem medicamentorum *neceſſaria* requiruntur baſis, corrigentia & juvantia, dirigentia, conſervantia. *Compoſitionis medicamentorū requiſita.*

expellentia, calculum frangentia, errhina, ſternutatoria, pituitam purgantia, bechica, vermes necantia, & expellentia.

VI. *Continet venenis reſiſtentia* & alexipharmaca.

Aphor. 6.

Modus vires medicamentorum ſimplicium inveſtigandi à ſaporibus imprimis deſumitur præcipuè verò experientiâ.

Modus vires medicamentorũ inveſtigandi.

SECTIO DECIMA TERTIA

De Pharmacis, eorum nempe compoſitione, præcipuè de ſimplicium medicamentorum præparationis & compoſitionis præcognitis.

Præcognita pharmaceutica.

APHOR. I.

P*Ræcognita pharmaceutica* tradunt compoſitionis medicamentorum cauſas, requiſita, pondera & doſes.

Eorum diviſio.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor.2.

Compoſitionis medicamentorum cauſas indicat, vel ipſum medicamentum vel ejus uſus. *Compoſitionis medicamentorũ cauſa.*

I. *Cauſas ipſum medicamentum* indicat ſuâ virtute; nam ſi virtus ejus debilis ſit, roboranda eſt admiſtione intenſioris. Si deficiat facultas aliqua, addenda: ſi fortius ſit medicamentum, quam requiritur, addendum aliquid, à quo remittatur. Si ſimplex habeat aliquam ſuperfluam vel noxiam qualitatem, admiſcendum aliquid, à quo illa corrumpatur.

II. *Uſus medicamenti* ejus compoſitionis cauſas indicat & opus habet. 1. conſervante, ne corrumpatur. 2. Vehiculo, ut ad locum affectum viribus integris facilius perveniat. 3. quod ei conſiſtentiam det, ut parti applicatum maneat.

Aphor.3.

Ad compoſitionem medicamentorum *neceſſaria* requiruntur baſis, corrigentia & juvantia, dirigentia, conſervantia. *Compoſitionis medicamentorũ requiſita.*

expellentia, calculum frangentia, errhina, ſternutatoria, pituitam purgantia, bechica, vermes necantia, & expellentia.

VI. *Continet venenis reſiſtentia & alexipharmaca.*

Aphor. 6.

Modus vires medicamentorum ſimplicium investigandi.

Modus vires medicamentorum ſimplicium inveſtigandi à ſaporibus imprimis deſumitur præcipuè verò experientiâ.

SECTIO DECIMA TERTIA

Præcognita pharmaceutica.

De Pharmacis, eorum nempe compoſitione, præcipuè de ſimplicium medicamentorum præparationis & compoſitionis præcognitis.

Eorum diviſio.

APHOR. I.

PRæcognita pharmaceutica tradunt compoſitionis medicamentorum cauſas, requiſita, pondera & doſes.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 2.

Compoſitionis medicamentorum cauſas indicat, vel ipſum medicamentum vel ejus uſus. *Compoſitionis medicamentorũ cauſa.*

I. *Cauſas ipſum medicamentum* indicat ſuâ virtute; nam ſi virtus ejus debilis ſit, roboranda eſt admiſtione intenſioris. Si deficiat facultas aliqua, addenda: ſi fortius ſit medicamentum, quam requiritur, addendum aliquid, à quo remittatur. Si ſimplex habeat aliquam ſuperfluam vel noxiam qualitatem, admiſcendum aliquid, à quo illa corrumpatur.

II. *Uſus medicamenti* ejus compoſitionis cauſas indicat & opus habet. 1. conſervante, ne corrumpatur. 2. Vehiculo, ut ad locum affectum viribus integris facilius perveniat. 3. quod ei conſiſtentiam det, ut parti applicatum maneat.

Aphor. 3.

Ad compoſitionem medicamentorum *neceſſaria* requiruntur baſis, corrigentia & juvantia, dirigentia, conſervantia. *Compoſitionis medicamentorũ requi-*

expellentia, calculum frangentia, errhina, ſternutatoria, pituitam purgantia, bechica, vermes necantia, & expellentia.

VI. *Continet venenis reſiſtentia* & alexipharmaca.

Aphor. 6.

Modus vires medicamentorum ſimplicium inveſtigandi à ſaporibus imprimis deſumitur præcipuè verò experientiâ.

Modus vires medicamentorũ inveſtigandi.

SECTIO DECIMA TERTIA

De Pharmacis, eorum nempe compoſitione, præcipuè de ſimplicium medicamentorum præparationis & compoſitionis præcognitis.

Præcognita pharmaceutica.

APHOR. I.

PRæcognita pharmaceutica tradunt compoſitionis medicamentorum cauſas, requiſita, pondera & doſes.

Eorum diviſio.

Aphor.

Aphor.2.

Compoſitionis medicamentorum cauſas indicat, vel ipſum medicamentum vel ejus uſus. *Compoſitionis medicamentorũ cauſa.*

I. *Cauſas ipſum medicamentum* indicat ſuâ virtute; nam ſi virtus ejus debilis ſit, roboranda eſt admiſtione intenſioris. Si deficiat facultas aliqua, addenda: ſi fortius ſit medicamentum, quam requiritur, addendum aliquid, à quo remittatur. Si ſimplex habeat aliquam ſuperfluam vel noxiam qualitatem, admiſcendum aliquid, à quo illa corrumpatur.

II. *Uſus medicamenti* ejus compoſitionis cauſas indicat & opus habet. 1. conſervante, ne corrumpatur. 2. Vehiculo, ut ad locum affectum viribus integris facilius perveniat. 3. quod ei conſiſtentiam det, ut parti applicatum maneat.

Aphor.3.

Ad compoſitionem medicamentorum *neceſſaria* requiruntur baſis, corrigentia & juvantia, dirigentia, conſervantia. *Compoſitionis medicamentorũ requiſita.*

I. *Baſis* quæ affectui præternaturali exactè opponatur, cujus vis in compoſito maxima eſſe debet. Eſtque nunc ſimplex, quæ uni indicationi ſatisfacit: alias quæ ex uno medicamento conſtat. Nunc compoſita quæ plures uſus præſtare poteſt: alias quæ ex pluribus ſimplicibus conſtat.

II. *Corrigentia* & juvantia, baſeos qualitates vel noxias vel inutiles tollentia, ejuſque vim adjuvantia ſunt, ut medicamenti qualitas 1. tardior & debilior, acuentium vireſque augentium admiſtione adjuvanda: 2. craſſior tenuibus admiſtis emendanda. 3. acrior, vehementior, nimis calida vel frigida, aut maligna, contrariorum additione corrigenda. 4. Sapor ingratus per ſaporem gratum habentia emendandus 5. odor nauſeabundus per ea, quæ odorem fragrantem & ſuavem habent, corrigendus.

III. *Dirigentia* quæ vel parti affectæ familiaria ſunt, vel viam medicamento patefaciunt, ut integris viribus ad locum affectum perveniat.

IV. *Conſer*

IV. *Conſervantia* à corruptione, & conſiſtentiam tribuentia.

Aphor. 4.

Res ex quibus medicamentorum *formæ* parantur, vel numerantur vel acervo deſcribuntur, vel ponderantur, vel menſurantur: *Medicamentorũ pondera & menſura medica.*

I. *Numerantur*, ut fructus, & legumina ac ſemina majora, & ſi numerus ſit æqualis, in paria permutatur.

II. *Aceruo deſcribuntur* herbæ, plerumque flores, quædam ſemina, & alia, circa quæ tria notanda: *Pugillus* (*P*) eſt, quantum extremis ſaltem tribus digitis comprehenditur: *Manipulus* (*M*) eſt, quantum manu comprehendere licet.

Faſciculus, quantum plicatis brachiis capere poſſumus.

III. *Ponderantur* pleraque arida: ſunt autem pondera Medicorum præcipua.

Granum, gr. nummarium ſcil. omnium ponderum minimum.

Χάλκος, æreolum, gr. ij. continens.

Δίχαλκον, κεράτιον, ſiliqua, gr. iiij, conſtans.

Semiobulus, gr. vj. valens.

Obulus, gr. xij, ſextam drachmæ partem faciens.

Scrupulus, ℈, qui grana xxiv. continet; apud recentiores, & qui Venetos ſequuntur, xx. grana ſaltem continet.

Drachma, ʒ, grana LXXII. æquans: Nicolai & Veneta LX. grana ſaltem continet.

Uncia, ℥, continens drachmas octo.

Libra medica, ℔, quæ uncias XII. facit.

IV. *Menſurantur liquida* plerumque, quorum cum non ſit pondus idem, medici alias oleo, alias vinis & aquis, alias melli deſtinatas menſuras habent, ſunt autem præcipuæ hæ:

Cochlear menſurarum minimum eſt quadruplex: minimum ʒß, parvum ʒj, magnum ʒiß, maximum ℥ß pondere capit.

Myſtrum commune cyathi dimidium eſt.

Cyathus

Cyathus eſt cotylæ pars ſexta.

Acetabulum eſt cyathus cum dimidio.

Quartarius eſt quarta ſextarij pars, continet cyathos tres.

Hemina vel cotyla eſt ſextarij dimidium, continet cyathos ſex.

Sextarius Italicus eſt ſexta congij pars, continet cyathos duodecim.

Congius eſt amphoræ pars octava, continet ſextarios ſex.

Urna eſt dimidium amphoræ Italicæ.

Culeus menſurarum maxima, amphoras Italicas xx. continet.

Aphor. 5.

Doſes medicamentorum ſimplicium vel ſunt alterantium vel purgantium:

Medicamentorũ ſimplicium doſes.

I. *Alterantium temperati* à ℈ij ad ʒij. *intemperati*, in gradu primo à ℈j ad ʒj. ſecundo à ℈ß ad ʒß. tertio à gr. v. ad ʒij. quarto à gr. ijß ad ʒj. in his tamen duobus poſterioribus gradibus, manſiones obſervandæ ſunt, nec ſemper ad ſummam doſin aſcendendum.

Digitized by Google

II. *Purgantium*: in *gradus primi manſione* primâ, dantur ab ℥ ij vel iij ad ℥ vj vel viij, ut ſyrupus roſarum & violarum ſolutivus, ſecundâ, ab ℥ ijß ad ℥ v. ut mel roſarum & violarum ſolutivum. Tertia ab ℥ ij ad ℥ iij vel iiij. Ut ſuccus roſarum & violarum, manna, caſſia ſyrupus è floribus perſicorum, ſuccus ireos.

In *ſecundi gradus manſione* prima ab ℨ ß vel ℨ v. ad ℥ iß vel ij. ut Tamarindi, Caſſia. Secunda, ab ℨß ad ℥ ß. ut terebinthina, quæ ad ℨ vj datur. Tertia à ℨ iij ad ℥ vij ut epithymium.

In *tertij gradus manſione* prima, à ℨ j ad ℥ ß ut myrobalani, rhabarbarum, agaricum; ſecunda à ℈ ij ad ℨ ij ut aloe, pſyllij ſemen, polypodium, folia ſenæ, mechoacanna. Tertia à ℨß ad ℨ j ut aſarum, carthamum, ſoldanella, hermodactylus, turbith, lapis armenus, lazuli, opopanax, ſagapenum, helleborus niger, radix jalappa.

In *quarti gradus manſione* prima, à gr. x ad ℨß ut mezenum, thymeleæ ſemen, colocynthis, elaterium, gratiola. Secunda à gr. v. ad gr. xv. ut ſcammonium.

nium. Tertia à gr. iij ad gr. x. ut euphorbium; eſula; antimonium.

SECTIO DECIMA QVARTA

De phacmacopææ partibus in genere.

Pharmacopææ duæ partes.

APHOR. I.

Præmiſſis præcognitis generaliſſimis, ad *generaliora* nos accingemus atque ipſas pharmacopææ partes, quæ duæ ſunt, hoc loco *in genere* conſiderabimus.

Pharmacopææ pars prima.

Prima pharmacopææ pars tradit *operationes*, tam chymicas quam vulgares, quibus medicamenta præparantur, quarum claſſes tres ſunt. *Prima* in compagine rerum diſſolvenda verſatur, ut tritura, lævigatio, ſectio, raſio, limatura, liquatio, ſolutio, deliquium, toſtio, uſtio, cinefactio, calcinatio, corroſio, præcipitatio, fumigatio, ſtratificatio, fermentatio. *Secunda* aliquid ſeparat, ut cribratio, lotio, infuſio, collatio, coctio, deſpumatio & clarificatio, fultratio, digeſtio, expreſſio, deſtillatio, rectificatio, coho-

cohobatio, ſublimatio, exſiccatio, evaporatio, exhalatio, coagulatio. *Tertia* ad rei alterationem & conſervationem operationes continet, quales ſunt digeſtio, circulatio, conditura, confectio, nutritio.

Aphor.2.

Pharmacopææ pars alterata tractans ipſas medicamentorum formas in genere.

Altera pharmacopææ pars ipſas medicamentorum *formas* docet quarum differentiæ petuntur vel à modo ſubſtantiæ, vel à partibus quibus applicantur.

Medicamentorũ formæ deſumptæ à modo ſubſtantiæ.

A modò ſubſtantiæ alia medicamenta vaporoſa & ſuffumigia, alia corpulenta, eaque vel fluida ſunt, vel conſiſtentiam habent. 1. *fluida* varia ſunt, ut aquæ deſtillatæ, ſpiritus, tincturæ liquidæ, acetum, vinum, medicatum, hydromel, ſucci depurati, olea, emulſiones, decocta, infuſa, julebi, ſyrupi, balnea clyſteres &c. 2. *Conſiſtentiam habentium* alia actu adhuc humida, alia ſicca ſunt: actu adhuc humida ſunt electuaria, eclegmata, roob, extracta, conſervæ, boli, mucilagines, pinguedines, linimenta, balſama, unguenta, cataplaſmata. Medicamen-

Digitized by Google

camenta ſicca vel continua vel non continua ſunt: *continua* ut emplaſtra, cerata, ſuppoſitoria, vitra, ſupplimata quædam, reguli, pillulæ, trochiſci, rotuſæ, monſuli &c. *non continua*, ut præcipitata, flores, farinæ, ſpecies & pulveres varij.

Aphor.3.

Medicament. *forma* differunt etiam juxta partes, quibus applicantur; applicantur autem vel in genere vel in ſpecie; *in genere* medicamenta quæ applicantur, vel ſunt interna vel externa: *Medicamentorũ formæ deſumpta à partibus quibus applicantur. In genere.*

I. *Interna* medicamenta vel fluida vel non fluida ſunt: 1. *fluida* ſunt decocta, infuſiones, vina medicata, melicratum, mulſum, oxymel, aqua hordei, ſucci, aquæ deſtillatæ, ſpiritus, tincturæ, & extracta liquida, olea, ſyrupi, julebi, emulſiones, quorum rationem parandi quatuor proximè ſequentes ſectiones tradunt. 2. *non fluida* medicamenta ſunt vel mollia vel planè ſicca: mollia ut

extracta, conſervæ, condita, ſucci medicati, inſpiſſati, electuaria, eclecmata, boli. Plane ſicca ſunt ut pulveres, tragœæ, ſales, croci, flores, præcipitata, confecta, rotulæ, morſuli, marcipanes, vitra, regulus, fecula, trochiſci, pilulæ, quorum parandi ratio in ſequentibus quatuor ſectionibus docetur.

II. *Medicamenta externa* vel appenduntur ut amuleta & periapta, vel *corporis ſuperficiei* applicantur, ut olea, balſama, linimenta, unguenta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, dropaces, ſmapiſmi, phænigmi, epithemata, fomenta, ſacculi, pulveres, embrochæ, lotiones extremorum, balnea, ſmegmata cauteria, de his vide ſectionem hujus libri ultimam & penultimam. Vel *partibus quibusdam* immittuntur, ut alvo, glandes & clyſteres: utero clyſteres & peſſi: peni & veſicæ, liquores quidam. (de his vide ſectionem hujus libri 23.) Ori, gargariſmata, apophlegmatiſmi, dentifricia. Naribus, errhina, ptarmica, odoramenta, ſuffitus (vide de his ſectionem 24.) auribus injectiones peculiares.

culiares: Oculis collyria (quorum compoſitionem vide ſectione 25.) conveniunt.

Aphor. 4.

Medicamentorum formæ à partibus, quibus applicantur deſumptæ & in *ſpecie* conſideratæ magis conveniunt vel capiti, vel oculis, auribus, dentibus, ori & faucibus, thoraci, cordi, ventriculo, hepati & lieni, renibus & veſicæ; renibus vel utero: *In ſpecie.*

I. *Capiti* applicantur medicamenta interna ferè omnia: externa formâ pulveris, pilei, olei, balſami, linimenti, unguenti, emplaſtri, ceroti, cataplaſmatis, oxyrrhodini, epithematis, embrochæ, ſuffumigii, odoramentorum variorum. Ut & lotiones pedum caput afficiunt.

II. *Oculis* applicantur extra aquæ & collyria linimenta, fomenta, unguenta, cataplaſmata.

III. *Auribus* inſtillantur, aquæ, ſucci, decocta, aliiq; liquores, evaporationis vel ſuffumigii formâ immiſſi, vel, linimenti, unguenti fomenti, aut cataplaſmatis formâ, iis applicati.

Digitized by Google

IV. *Dentibus* conveniunt oris colſutiones, linimenta, & penicilli dentibus affricandi.

V. *Ori & faucibus* conducunt colſutiones & gargariſmi, linimenta ex melle, ſyrupi ex ſuccis, tinctus & ſyrupi.

VI. *Thoraci* applicantur medicamenta vel interna vel externa; *Interna* omnia, & præcipuè loch, trochiſci, & rotulæ ſublinguales, ſyrupi ſpiſſiores, vapores, & fumi cum aëre attrahendi. *Extra* formâ olei, linimenti, unguenti, cataplaſmatis, emplaſtri, ceroti, ſacculi, fomenti, epithematis.

VII. *Cordi*, iiſdem ferè modis medicamenta, & præterea odoramenta ſpiritus recreantia conducunt.

VIII. *Ventriculo* applicantur medicamenta interna omnibus formis: extrà, formâ olei, inunctionis, fomenti, linimenti, cataplaſmatis, epithematis, ſacculi.

IX. *Epati & lieni* interna omnibus formis, externa formâ olei inunctionis, fomenti, linimenti, cataplaſmatis, unguenti, emplaſtri, ſacculi, epithematis, conveniunt.

X. *Re-*

X. *Renibus & veſicæ* eædem formæ, & præter eas balnea, & inſeſſus conducunt. Renibus etiam clyſteres injecti proſunt.

XI. *Utero* eædem formæ, & præterea injectiones in uterum, peſſi, ſuffitus, & evaporationes, pedumq; lotiones, conducunt.

SECTIO DECIMA QVINTA.

Continentes decocta ſeu Apozemata.

Præparatio decoctorum ſeu Apozematũ.

APHOR. I.

Definitio.

D*Ecocta ſeu Apozemata*, ſunt medicamenta patulenta ex vegetabilibus ut plurimum, rarò animalibus parata, & ſunt vel alterantia, evacuantia, alterantia & purgantia, vel inſtaurantia. De ſingulis his in ſequentibus Aphoriſmis ſpecialius agemus. *Diviſio.*

Aphor. 2.

Decoctorum alterantium præparatio. Modus parandi.

Alterantia decocta, quæ aliam quam purgandi vim habent, tria conſideranda proponunt, modum nempe parandi, coquendi & utendi. *Parandi modus* progreditur ex materia idoneâ deſumpta ex ordine vegetabilium, rarò animalium & mineralium, cujus univerſæ, pondus

ab

ab uncis duabus ferè ad libram ſemis, interdum ad libram unam vel duas aſcendit: doſis verò ſingularum ſpecierum ad ℔ 1. decocti radicum & cordicum circiter ℥vij. ſeminum ℥ſs. foliorum M. V. florum P. IV. & alia; ne tamen multa fruſtra cumulentur.

Aphor. 3.

Coquendi modus.

In modo coquendi obſervantur ipſa coctio & quædam poſt coctionem;

I. *In ipſa coctione* notentur ordo, ignis, inſtrumenta, liquor, tempus 1. *Ordo*, ut ſi coctio vaſe aperto fiat, primo radices, cortices, ligna, ſolidiora & inodora: dehinc folia & ſemina: tandem flores, aromata, & odorata, quæq; vim ſuam in tenui ſitam habent ſubſtantia; ſub finem decoctionis injiciantur. 2. Ignis; qui clarus & æquabilis eſto; lentus ubi virtus facile evocatur: Fortior ubi diuturniore coctione opus eſt. 3. Ratione inſtrumentorum coctio peragitur vel in vaſe aperto, ſi coquendorum vis non facile evaneſcat, vel clauſo eorum quæ virium ſunt ſubtilium; perficitur: *Primò* ſi in cacabum aquâ plenum diploma qualecunq; imponatur: ita enim nihil

virium

virium amittitur. *Secundo* ſi vaſi in modum cucurbitæ parato, alembicus cæcus imponatur, vel roſtratus, cum vaſe recipiente, & liquor exſtillans decocto colato admiſceatur. 4. Liquoris quoq; perpendenda eſt qualitas & quantitas: *qualitas*, quæ intentioni Medici ſit conveniens; aqua ſimplex, chalibeata, hordei, deſtillata; ſerum lactis, hydromel, rarò cereviſia, interdum vinum, ſed id commodius ſub finem additur, ut & acetum, aut in eo radices macerantur, ad majorem humorum inciſionem & medicamenti penetrationem. *Quantitas* ſit ſufficiens ut trium vel quatuor digitorum latitudine medicamentis ſupereemineat; analogiâ ad medicamenta quadrupla, ſextupla, octupla; prout herbæ ſucculentæ & aridæ, ſolidæ vel raræ, ſapore acri vel ingrato: aut diu coqui debent. Plus verò quam ℔. 1. vel ℔. 1. ſs. unâ vice vix paratur. 5. Tempus coctionis quoq; obſervetur. Decoquuntur ad liquoris dimidiæ, tertiæ, vel quartæ partis conſumptionem; vel tertiæ partis remanentiam, prout medicamenti vis in tenui ſubſtantiâ, vel craſſione ſita eſt.

II. *Poſt*

II. *Poſt coctionem* obſervantur colatura, clarificatio, dulcoratio, aromatiſatio. 1. *Colatur* cum expreſſione, ſi partibus craſſioribus & altius reconditis opus eſt. Sine expreſſione ſi partibus ſaltem tenuioribus opus eſt. 2. *clarificatur* communiter adjecto ovi albumine: per digeſtionem in balneo Mariæ, per viginti quatuor horas, deinde, fecibus craſſis ſubſidentibus, clarior pars ſeparatur, idq; bis vel ter, ſi occaſio ferat, repetitur, illiq; demum claro ſaccharum additur. Sic enim gratiora & durabiliora redduntur decocta. 3. *Dulcoratur* & unciis tribus vel quatuor decocti, pro doſi, ſacchari frequenter, vel mellis ſimplicis, aut roſati colati, aut anthoſati ℥j. vel quod uſitatiſſimum, ſyrupi convenientis ℥j aut ℥iß. adduntur nonnunquam ſucci herbarum & fructuum, vel alii liquores idonei, ut aqua vitæ, ſpiritus vitrioli, ſalis, ſulphuris, aliquot guttæ, atque ex his omnibus aliquando unum, ſæpius vero plura junguntur. 4. *Aromaticatur*, ſaporis, odoris, vel alterius virtutis gratiâ *ſub finem decoctionis* aut quando ab igne removetur: aromatum pul-

pulveriſatorum vel ſpecierum ʒiß. vel ij in decocti ℔ j in petiâ rarâ ſuſpenſis & crebrâ expreſſis: *Ab igne remoto* aromata craſſius contuſa injiciuntur, & poſtquam bene tecto vaſe aliquandiu ſteterint colantur, addito, ſi libet, moſcho, ambra, vel aqua, cinamomi, quantum ſufficit.

Aphor. 4.

Modus utendi decoctis.

Decocta exhibentur plerumq; tempóre matutino vel etiam veſpertino, duabus aut tribus ante cibum horis, decocti prius calefacti ℥iij. iiij. vel v. pro doſi idq; ſæpè per duos dies, tres; quatuor, aut quinq; continuos aſſervanturque in loco frigido.

Aphor. 5.

Decoctorũ evacuantiũ præparatio.

Decocta evacuantia aut per alvum vel per vomitum, urinas & ſudores evacuât. I. *Alvum evacuantia*, materiâ tantum ab alterantibus differunt, eodemq; modo parantur, videlicet 1. *Recipitur* purgans ſimplex unum vel plura, pro Medici intentione, arida plerumque & decoqui conſueta, prounâ quaque doſi, validiora, pondere ferè duplo; mediocria & minus vehementia; in

in triplo vel quatruplo (exceptis tamarindis, propter viſciditatem & myrobolanis, propter adſtrictionem) quam ſi in ſubſtantiâ darentur, modo nulla alia purgantia poſt coctionem addantur. His corrigentia, juvantia, & dirigentia adduntur, omnibus affunditur liquoris convenientis quantitas ſufficiens, quæ decocti pro unaquaq; doſi ℥ iij vel iiij ſuppeditet, & jam dicto modo coquuntur, decoctum colatur, dulcoratur, aromatizatur. 2. *Sæpè aliquid* purgantium decocto additur ut ſyrupus & mel roſarum & violarum ſolutivus, caſſia & manna; interdum electuaria purgantia in decocto diſſolvuntur vel ſine colatura, eâ quantitate, ut cum pluribus, quæ cocta fuere, unam doſin conſtituant; cum colatura, ſed tum paulo maiore proportione, & ferè dimidia parte auctâ ſumuntur, quam ſi non colentur. 3. *Interdum* pulverum purgantium aliquid decocto, vel liquori additur, vel 4. *Extracti* purgantis portio aliqua in eo diſſolvitur.

II. *Decocta* per vomitum evacuantia parantur è vegetabilium partibus, vi emetica

metica præditis,una vel pluribus additis alterantibus, vomitumq; adjurantibus,& in liquore aliquo,at aqua ſimplici hordei,hydromelite aquoſo, juſculo pingui,ad tertiæ vel dimidiæ partis conſumptionem coquuntur. Colaturæ vel vomitoria adduntur, vel ad faciliorem humoris excretionem facientia, vel laxando, ut oleaginoſa, vel attenuando & detergendo, ut oxymel ſimplex ſcolliticum, ſyrupus acetoſus ſimplex aut compoſitus.

III. *Decocta per urinas & ſudores evacuantia* ſeu diuretica & ſudorifera paſſim occurrunt.

Aphor. 6.

Decoctorum ſimul purgantium & alterantium præparatio.

Decocta alterantia & purgantia ſimul, eo planè modo fiunt, qui in decoctis alterantibus & purgantibus eſt expoſitus.

Aphor. 7.

Decoctorum inſtaurantium præparatio.

Inſtaurantia dicuntur decocta quæ potius ſunt jura inſtaurantia triplicia nempe, jus conſummatum, gelatina, contuſum, quibus accedunt juſcula& decocta galli vel alterantia vel purgantia

tia vel alterantia & purgantia ſimul.

I. *Ius conſummatum*, vulgari coquitur diutius. Sumitur capo, vel gallina, & mundata ac diſſecta inditur in ollam, quæ capit ſextarios circiter ſeptem, additâ, ſi libet carne vitulinâ, & ad ſextæ vel decimæ etiam partis remanentiam coquitur, & ſi opus arimatizatur. Jus colatum, & à pinguedine ſeparatum, maximam nutriendi vim habet.

II. *Gelatina*, quod in frigido quaſi congeletur, paratur hoc modo: Gallina pinguis vel capo aut perdix deplumata & exenterata conciditur, additis interdum carnibus vitulinis, & vaſe clauſo in B. ſeu vaſe duplici, ſine aquâ donec carnes planè molleſcant, coquitur, à ſucco expreſſo & refrigerato, pinguedo ſeparatur, ſuccus magnam alendi vim habet. Nonnulli hujus ſucci ℔. ſingulis addunt vini opt. & alb. ℥iiij. ſachar. ℥ij. cinamom. ℨj. croci ℈ß. & miſta fervere ſinunt, donec ſacharum ſit diſſolutũ, colant & benè clauſum ſervant. Addi poſſunt & aliæ aquæ deſtillatæ, ſucci cordiales, conſervę, condita, confectiones

nes, & ſpecies ariomatizatæ, ſed omnia ſint grati ſaporis.

III. *Contuſum*, quando pectus capi, gallinæ, vel phaſiani, non prorſus coctum, in mortario contunditur, eouſq; ut addito jure liqueſcere poſſit, poſtea colatur.

IV. *Huc pertinent* 1. *Iuſcula* alterantia ſimpliciter dicta, quæ ſimul alterant & nutriunt, atque ex variis vegetabilium partibus, ſaporis grati, cum jure gallinæ, capi, carnis bubulæ, decoctis parantur, quæ poſtea, ſi morbus ferat, aromatibus, ut alia juſcula condiuntur, vel ſucci grati, ſed rarius, aut ſaccharum additur. 2. *Decocta galli* vel alterantia vel purgantia, vel alterantia & purgantia ſunt, quorum exempla partim apud practicos occurrunt.

SECTIO DECIMA SEXTA.

De medicamentis internis fluidis, in ſpecie de infuſis, potionibus, cereviſiis & vinis medicatis.

De medicamentis internis fluidis in ſpecie.

APHOR.

APHOR. I.

De infuſis. IN *fuſa* ſunt vel purgantia vel vomitoria.

I. *Infuſa purgantia* fiunt ſine vel cum decoctione 1. *Sine decoctione*; quando purgantia cum ſuis corrigentibus & dirigentibus, proportione ſesquialterâ vel duplâ, quam ſi in ſubſtantia darentur, conjiciuntur (interdum nodulo incluſa) in liquoris ſufficientem quantitatem emineat, & horis 6. 12. vel 24. in loco tepido, vaſe clauſo marcerantur, poſteà colatura cum, vel ſine expreſſione inſtituitur, & edulcoratur ſirupis convenientibus, vel purgantia alia adduntur, & ut decocta exhibentur. Ex. gr. Rec. turbith. el. & gummoſi ℥iß. Zingib. ſcrup. 1. infund. horis 12. in vini odorat ℥. iij. in colaturâ diſſolv. elect. Ind. maj. Drach. ijß. mell. roſar. ſol. ℥. ß. M. 2. *Cum decoctione primò* quando decoctum paratur modo dicto, inq; ejus ſufficiente quantitate infunduntur purgantia, cum ſuis corrigentibus, & reliqua peraguntur, ut in aliis infuſionibus, *Secundo vel decoctum ſeorſim*, & ſeorſim infuſum, methodo deſcri-

pt

ptâ parantur, & poſtea miſcentur.

II. *Infuſa vomitoria* rurſus parantur ſine vel cum decoctione: 1. *Sine decoctione*, parantur ex vomitoriis ſolis, à vegetabilibus, aut mineralibus, vel ſimul alterantibus, in liquore aliquo infuſis. In colatura eâdem quæ in decocto vomitivo diſſolvi poſſunt, & ſi vomitoria ſint vehementiora, per chartam emporeticam colatur. Ex. gr. Rec. cortic. median. jugland. juxta radic. ℥ ij. vel iij vini albi ſcyphum dimidium, macerentur per unam noctem. 2. *Cum decoctione* ſed rarius. Ex. gr. Rec. ſem. atripl. ℥. ij. flor. aneth. p. j. coqu. in aqu. raphani: q. ſ. colatur. Unc. iij. infunde per noctem cort. hellebor. alb. ℈. ß. cinam. gr. vj. colat. fortiter expreſ. adde ol. commun. ℥. j. M.

Aphor. 2.

De potionibus.

Potio eſt vel purgans vel vomitoria, hydrotica & diuretica.

I. *Potio purgans* fit quando liquori ſine decoctione purgantia miſcentur vel electuaria vel pulveres aut rotulæ purgantes. 1. *Electuaria* adduntur potionibus ſine vel cum colatura *ſine colaturâ*, & unum vel plura, doſi debitâ, inli-

Digitized by Google

quoris convenientis unc. iij. vel iiij. exactè diſſolvuntur, cui interdum ſyrupi alicujus unc. ß. vel ſpecies aromaticæ adjiciuntur, & calidæ manè exhibentur. *Cum colaturâ*, imò & clarificatione, ſed tùm paulò majore doſi electuaria ſumēda ſunt. 2. *Extracta* purgantibus potionibus quoq; admiſcentur & in liquoris alicujus vel vini malvatici unc. ij. diſſolvuntur, cujus caliditas ſyrupo acetoſit. citri, vel alio conveniente corrigi poteſt. 3. *Pulveres* admiſcentur ſimpliciū vel compoſitorum purgantium, quorum tamen doſis Drach. j. multùm excedere non debet.

II. *Potiones vomitoriæ*, hydroticæ & diureticæ, eodem modo, ſola ſcil: vomitoriorū, hydroticorum & diureticorum cum liquore permiſtione, parantur.

Aphor. 3.

De cerevisiis medicatis. *Cerevisia medicatæ* tam alterantes, ex abſinthio, lingua cervina, & ſimilibus quam purgantes, iisdem modis quibus vina medicata parantur, dum vel in cerevisia à coctura adhuc calente macerantur, & additis fecibus deferveri permittuntur

tuntur, vel, ſi vires in tenuiore ſubſtantiâ habent, tepidæ cereviſiæ tantùm injiciuntur.

Aphor. 4.

Vina medicata ſunt medicamenta potulenta, ex vino viribus medicamentorum, imprægnato conſtantia, quorum ſpectatur modus parandi & uſus. *De vinis medicatis.*

Aphor. 5.

Modus parandi vina medicata duplex eſt ſine ſaccharo & cum dulci aliquo ſive ſaccharo ſive melle aut mulſo: hoc Aphoriſmo *ſine ſaccharo* præparationem vinorum medicatorum docemus. vina medicata verò ſine ſaccharo præparata vel alterantia vel purgantia vel ſimul alterantia & purgantia ſunt. *Modus parandi vina medicata ſine ſaccharo.*

I. *Vina medicata alterantia ſine ſaccharo* præparantur vel ex infuſis vel ex tempore: 1. *Ex infuſis* præparantur vel ex vino defecato vel ex muſto. *In vino defecato*, quando medicamenta ſicca, craſſiuſculè contuſa, in dolium quernum conjiciuntur, interdum ſacculo incluſa, in vini albi

ſufficientem quantitatem, ſcil: Unc. j. medicamentorum in ℔. ij. vel iij. vini, pro ingredientium ſapore, & ad ægri palatum, aſſervantur, in loco frigido. *In muſto*, quando medicamentum ſimplex, vel compoſitum ſiccum, in doleum parvum muſti plenum conjicitur, & quando muſtũ deferbuit, vinum tranſvaſatur. 2. *Extempore* præparantur vina medicata ſine ſaccharo alterantia; ſi olea deſtillata, vel potius ſpiritus, aut tincturæ addantur, ut ſi tincturæ abſinthij aliquot guttæ, vino inſtillentur, ſtatim abſinthites fit.

II. *Vina medicata ſine ſaccharo* parata etiam purgantia ſunt, & parantur ve ex vino defecato vel ex muſto: 1. *Ex vino defecato* vinum medicatum purgan perficitur, ſi purgantia ad infuſionen idonea, inprimis coctionem prolixior non ſuſtinentia, ut folia ſenæ, polypo dium, agaricus, rhabarbarum, mecho canna, helleborus niger, & alia, in dup quantitate, quam ſi in ſubſtantiâ darer tur, corrigentia verò doſi ſubdupla a purgantia: omnia craſſè contuſa, in vi hauſtu uno vel pluribus (interdum m

du

dulo incluſa) macerantur, in vaſe vitreo, vel figulino clauſo. Ex. gr. R. fol. ſenæ unc. j. Rhabarb. Agaric. an ℥. j. abſinth. m. j. carduib. hyſſop. an m ß. flor. cordial. an. p. j. cinam. Zingib. an. ℥. j. infundantur in vini ℔ j ß. vel ℔. ij. doſis ℥iiij. 2. *Ex muſto* vinum medicatum purgans perficitur, eodem modo ut ex alterantibus. Ex. gr. Rec. fol. ſenæ el. unc. IX. polypod. q. unc. ij. cort. tamariſc. ℥. vj. abſinth. carduib. an. m. ij. vel plures, caryophyll: unc. ß. galang. ℥. ij. affundantur muſti. canthari noſtrates quorum ſinguli ℔ iij. capiunt, xv. vel xviij.

III. *Vina medicata alterantia & purgantia ſimul ſine ſaccharo* præparantur, quando vino purgantia infunduntur, cum ſuis corrigentibus, & præterea alterantia adduntur, doſi eâdem, quæ in decocto alterante, & ſimul purgante obſervatur.

Aphor. 6.

Modus preparãdi vina medicata cum aliquo dulci liquor

Hactenus fuerunt vina medicata ſine ſaccharo, ſequuntur *cum ſaccharo* aut *melle* vel *muſto*:

I. *Cum ſaccharo* fit claretum ſeu vinum

num *Hippocraticum*, quod paratur vel ex alterantibus vel ex purgantibus: 1. *Vinum claretum ſeu Hipprocraticum alternas* in diuturnis & frigidis morbis utile eſt & præparatur quando aromata, vel etiam radices & ſemina, grati odoris & ſaporis, imprimisq; virium efficacium craſſè contuſa, vel inciſa, in vino odorato, cui interdum aquæ deſtillatæ convenientes addi poſſunt, infuſa, in loco calido ſtant per aliquot horas, deinde ad partes ij. vel iiij. vini, additur pars una ſacchari, & per manicam Hippocratis ſæpius transfunditur, ut fiat clarum. A nonnullis ſequenti modo præparatur. Aromata cum ſpiritu vini, proportione ad ʒ. j, aromatum ſpiritus vini ℥ij. ſumentes, extrahunt tincturam, quam per inclinationem vaſis ſeparant, & tempore uſus drachmas, vel unicas aliquot, & ſacchari q. ſ. ad dulcedinem in vinum effundunt, & ità vinum Hippocraticum extemporaneum faciunt. 2. *Ex purgantibus* pro delicatis, etiam pro unâ, aut pluribus doſibus, ſi purgantia addantur convenientia. Ex gr. Rec. Rad. fœnicul. ʒ.iij, hyſſop. rorismarin. an. P. j. mecho-

mechoac. ʒ.ij. fol. ſenæ el. ʒ.ß. agaric. troch. cort. citri. an. ſcrup. j. cinam. galang. an. Drach. ß. inciſis omnibus, exceptâ ſenâ, affunde vini Rhenan. q. ſ. & in vitro in aquâ calente calefiant, poſtea ſtent in loco tepido in infuſ. horis ſex. Adde juleb. roſar. violar. vel ſacchari unc. ß. & per chartam bibulam colentur, & filtrentur. Colatura, quæ ſit unc. iij. aromatizetur ol. cinam. gut. ij. fiat purgans pro una doſi.

II. *Ex melle & mulſo* vel vino mulſo quoque vino medicata præparantur & quidem vel ex vino vel ex muſto. 1. *Ex vini* partibus duabus, vel tribus, & una mellis ſimul miſtis, & decoctis; poſſunt etiam omnis generis aromata addi. 2. *Ex muſti* parte ij. mellis part. j. & aquæ ſi libet, part. iij. vel q. v. ſi ſimul deferveant.

Aphor. 7.

Vſus vinorum medicatorum.

Vſus vinorum medicatorum generalis eſt, quod in morbis frigidis & chronicis, & corporibus, ac tẽpore frigidioribus, commodius uſurpẽtur, & ſyrupis & decoctis efficaciora ſint, & minori cũ

nauſeâ ſumuntur. In vitiis autem nervorum & nervoſarum partium, aut febribus minus conveniunt. *Alterantia* quidem ſingulis, vel alternis diebus in principio prandii, vel hora unâ aut altera ante prandium bibuntur. *Purgantia* verò præmiſſo prius juſculo, vel ovo ſorbili, hora una atque altera ante prandium ſumuntur.

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

Docens præparationem medicamentorum internorum & fluidorum, quibus comprehenduntur in ſpecie melicratum, oxymel, aquæ, acetum, ſucci depurati & liquores, in quibus metalla exſtincta ſunt, deſtillata.

APHOR. I.

Melicrati, mulſæ & hydromelitis præparatio.

HOc Aphoriſmo *melicrati, mulſæ, & hydromelitis præparationem* docebimus:

Melicratum.

I. *Melicratum* ſubito ad præſentem uſum, ex mellis & aquæ miſturâ fit.

II. *Mul-*

II. *Mulſa* diutius durat alia dilutior, alia meracior eſt; 1. *Dilutior* quando octuplum vel duodecuplum aquæ fontanæ, reſpectu mellis ſumitur, quæ tempore æſtivo, & juvenibus convenit. 2. *Meracior*, fit ex parte unâ mellis & quinq; vel ſex aquæ partibus, ad cõſumptionem quartæ, vel quintæ partis coctis, tempore hyberno, ſenibus, & pituitoſis conveniens. Ad quam *Medo* pertinet; quando ad partem unam mellis, octo partes aquæ vel plures ſumuntur, coquuntur, ſemper deſpumando, donec ovum recens injectum ſupernatet; colantur, & in doliis ligneis, præcipuè in quibus vinum anteà aſſervatum fuit, in loco calido, vel æſtate mediâ ad ſolis radios defervere permittuntur. *Mulſa.*

III. *Hydromel* eſt vel ſimplex ex aquâ & melle paratus; *compoſitum* verò eſt vel alterans vel purgans. 1. *Alterans* eſt vel ad uſum præſentem vel durabilius: ad *uſum præſentem* præparatur ſi primò in aquæ ℔. j. plantarum Drach. j. vel ad ſummum Drach. ij. coquantur, & colaturæ ſingulis libris unc. j. mellis addatur, *Hydromel.*

tur, iterum ebulliant, & deſpumentur, conjicianturque aromatum ʒ. j. vel ij. craſſè conciſa pro hydromelitis copiâ, in manicam Hipp. & jus fervens adhuc per eam transfundatur. Secundò ſi ſimplex hydromel convenienter aromatizetur, etiam ſi nulla alia in ipſo decoquantur, fit inde potus clarus, in morbis frigidis & diuturnis efficaciſſimus. Hydromel alterans *durabilius* eſt quando in hydromelite ſimplici herbæ & aromata convenientia, ad tertias ferè coquuntur, decoctumque per manicam Hippocratis colatur. 2. *Hydromel compoſitum* purgans fit, cum in hydromelite ſimplici purgantia ſimplicia, vel ſola, majore vel minore quantitate, prout debile vel forte expetitur, vel iis alterantia junguntur, ſed in doſi multo minori, quam in decocto, ne turbidum & craſſum inde reddatur; ob quam cauſam poſt coctionem etiam rarò ſirupi vel electuaria purgantia miſcentur.

Aphor. 2.

Oxymel. *Oxymel* mulſæ cognatum, ab eâ, aceti ſaltem admiſtione differt, eſtque vel

vel ſimplex vel compoſitum.

I. *Simplex Oxymel* eſt vel aquoſius vel acrius: 1. *Aquoſius* in febribus etiam utile eſt, fit ex aceti parte una, mellis partibus duabus, & aquæ partibus duodecim, lento igne ſimul decoctis, deſpumatis, & ovi albumine clarificatis, poſtea colatis aliquoties ut fiat potus clarus. 2. *Oxymel* ſimplex acrius fit ex una parte aquæ, unâ aceti, & duabus partibus mellis, ſimul decoctis, quod ad ſyrupos potius pertinet.

II. *Oxymel compoſitum* ex pluribus, ut oxymel helleboratum Geſneri, aut potius Juliani majus & minus.

Aphor. 3.

Decoctum hordei eſt vel ſimplex vel compoſitum: *ſimplex* paratur, quando hordei mundati pars una in partibus aquæ viginti decoquitur, uſq; ad hordei crepaturã. *Compoſitum*, quando alia adduntur, ſequenti proportione. Rec. hordei integri ſcil. & à paleis mundat. ℥j. paſſular. Corinth. unc. ij. ſem. aniſ. ʒ. ß. Infunde in *Aqua ſeu decoctum hordei.*

 aquæ

Digitized by Google

aquæ limpidiſſ. ℔.ij. per horas quatuor, poſteà coque in olla mundâ vitreatâ, ad hordei crepaturam, circa finem decoctionis adde cinam. confracti Drach. ʒß. & coletur, cujus unicuiq; hauſtui pro re natâ gutta una vel altera ſpiritus vitrioli, ſalis, aut ſulphuris addi poteſt.

Aphor. 4.

Aceta. *Acetum* eſt vel ſimplex vel medicatum: *ſimplex* quomodo è vino vel cereviſiâ fiat, vulgò notum eſt.

Acetum medicatum præparatur vel ex infuſione, & maceratione, vel ex ſuccis fructuum: 1. *Infuſione & maceratione* præparatur, tam ex ſimplicibus quàm compoſitis eo modo, quo vina medicata fiunt; ut roſaceum, ſcordij, florum ſambuci, tum ad uſum internũ, obſtructiones aperiendas, putredini reſiſtendum, ſiccandum; tum externum: 2. *Ex ſuccis* fructuum, acetum medicatum quoq; præparatur, ut ex pomis, pyris, hydromelite, leguminibus & cerealibu omnibus, ex quibus ſpiritus parantur imò etiam ex herbis. Ita ſi flores liliori convallium ſale conſpergantur, & i vaſe ligneo lapidibus probè onera

& tecti, in locum humidum tribus ſeptimanis reponantur, acetoſus liquor colligitur, qui in cineribus deſtillatur, & eſt acetum deſtillatum è floribus liliorum convallium.

Aphor. 5.

Succi depurati, ex viridibus plantis expreſſi clarificantur, vel per albumen ovi, vel per colaturam ſæpius repetitam, vel præſtantius per digeſtionem, ut liquor clarus à fecibus ſubſidentibus quotidie ſeparetur, donec nihil amplius ſubſideat, quomodo parati ſucci per annum integris viribus aſſervantur, eo fine, ut tempore hyberno, ſint loco herbarum virentium. *Succi depurati.*

Liquores illi huc pertinent; qui metallorum & mineralium viribus imbuuntur, ſi ignita in iis aliquoties extinguantur. *Liquores in quibus metalla extincta ſunt.*

Aphor. 6.

Deſtillata referunt vel formam aquæ vel olei; *Deſtillata.*

I. *Formam* aquæ referentia; ad naturam aquæ propius accedunt, hinc aquæ dicuntur, vel ſpirituoſa ſunt, & ſpiritus nominantur. 1. *Aquæ* diſtillantur varie, vel *Aquæ deſtillata.*

Digitized by Google

vel è compoſitis per cucurbitam plerumque, quarum exempla plura in inſtitutionibus habentur, vel deſtillantur è ſimplicibus in cucurbitâ, veſica aut retorta. *Primo* in cucurbitâ deſtillantur per MB. plerumque ex viridibus, potentiâ frigidis, herbis & floribus, & quorum vis facilè evocatur: peragitur autem ſi herbæ ita virides cucurbitæ indantur & deſtillentur. Quod ſi floribus iiſdem ſed colore fixo præditis, alembicus repleatur, aquæ ſimul colorem retinent, ſed non diu durant. Vel ſi ſuccus ex contuſis herbis expreſſus, cucurbitæ indatur. Vel ſi herba deſtillanda contuſa, in cucurbitâ, cum patellâ vitreâ & pulvere vitri veneti & borrace hermeticè clauſâ, coquatur in lebete aquâ pleno, horis ſex, & exempta cucurbita in locum calidum ad digerendum ponatur, donec guttæ vitri parietibus amplius non adhæreant, & poſtea in balneo roris deſtilletur, oleum & aqua ſeparetur, & aqua cohobetur. *Secundò* in veſicâ plerumque ex calidis herbis, & quorum vis non facile evocatur,

tur, deſtillatio abſolvitur, ſi herbâ contuſâ quarta pars veſicæ repleatur, aquaque affundatur, ut quarta pars veſicæ vacua maneat adhibito alembico cum refrigeratorio, vel ſerpentinis (ſi ſpirituoſa planè aqua quæratur) & commiſſuris benè clauſis, ignis ſub veſicâ accendatur. Herbæ tamen effuſâ aquâ calidâ, vaſe benè clauſo, prius per diem & noctem macerentur & poſtea deſtillentur. Commodiſſimum etiam pleriſque videtur, ſi herbæ ſiccæ contuſæ, aut conciſæ, ſemina item, grana & fructus affuſâ aquâ calidâ in digeſtione per 24. dies ſtent, addito ſale, fermento vel fecibus cereviſiæ ad accelerandam fermentationem, & poſtea deſtillentur. Aqua novis herbis affundi, iterum digeri, & deſtillari poteſt hinc ſpirituoſe fit. *Tertio* deſtillatio per retortam ſpirituum potiſſimum gratiâ fit ex gummi, reſonis, lignis, ſalibus & ſulphure. 2. Spiritus in aquarum tam ſimplicium quam compoſitarum deſtillatione, unâ cum aquis aſcendunt,

ab

ab iiſque poſteà per cucurbitam, ſi major ejus ſit quantitas, dehinc per phiolam longi colli, in balneo lento calore ſeparantur, modo faciliori, quam per ſerpentinas.

II. *De aquis deſtillatis* hactenus egimus, ſuperſunt *olea* quæ vel ſine aquis deſtillantur ut ex ſuccino, maſtiche, thure, cera & aliis; vel in deſtillatione unâ cum aquâ aſcendunt herbarum nempe calidarum plerumque & aromatum olea, quæ ab aqua ſeparantur, vel per ſeparatorium, vel per filtrum ſeu fila lanea craſſiora, vel per chartam bibulam. In nonnullis ſubſidet, ut in aqua cinamomi, ſi in cellam per 14. dies ponatur.

SECTIO DECIMA OCTAVA

De Medicamentis internis, fluidis & fluidorum parandi ratione, in ſpecie de ſirupis, julebis, hydroroſatis, emulſionibus, tincturis.

APHOR.

APHOR. I.

SIrupi ſunt medicamenta fluida, ex decoctis, infuſis ſuccis depuratis, aceto paratis, ſaccharo vel melle conditis & ad mellis conſiſtentiam fere decoctis, quorum ſpectantur differentiæ, modus parandi & utendi: *Sirupo- rum præ- paratio.*

I. *Siruporum differentia* vel ratione materiæ vel ratione qualitatum conſiderantur: *ratione materiæ* alij ſunt ſimplices, alii compoſiti: *ſimplices* ſunt qui ex uno ſaltem medicamento, ac melle vel ſaccharo conficiuntur; *compoſiti* qui ex pluribus parantur. *Ratione qualitatum* alij ſirupi alterantes & roborantes, alij purgantes ſunt.

II. *Circa modum parandi* undecim modi occurrunt: 1. *ſirupi præparantur ex decoctis quibuscunque*, addita ſacchari dimidiâ vel tertiâ parte, hinc ovi albumine clarificantur, & lento igne ad conſiſtentiam ſirupi coquuntur, tum aromatizantur, vel ſub finem coctionis, aromatibus aut ſpeciebus linteo incluſis, & ſæpius expreſſis, vel in jam facto ſuſpenſis in ſingulas ferè doſes ſcrup. j. 2. *Ex infuſis*, addito ſaccharo, modò jam

dicto

dicto præparantur. 3. *Ex ſuccis* depuratis, quibus ſacchari dimidium additur, & coquuntur ad ſirupi conſiſtentiam. 4. *Nonnulli* præſtantiores adhuc faciunt, & in ſucco florum expreſſo, novos flores, horis viginti quatuor in B.M. infundunt, iterumq; exprimunt, id aliquoties repetunt, tandem ſuccum per digeſtionem unam, vel ſæpius repetitam clarificant, cui ſacchari dimidium addunt, & parum coquunt, vel per deſtillationem aliquid ſucci abſtrahunt, & reſiduo ſucco tertiam vel quartam partem ſacchari addunt & in B. M. viginti quatuor horis digerunt. 5. *alij ſuccum ad dimidias coquunt*, colant, & per reſidentiam die uno, duobus vel tribus clarificari ſinunt, clarumque cum ſaccharo, ad ſirupi conſiſtentiam coquunt. 6. *interdum ſaccharo* clarificato calido, ſuccus expreſſus infunditur, & calori ſolis ad aqueam humiditatem abſumendam exponitur, cujus vicem levis aliqua coctio compenſare poteſt. 7. *Quandoque* in ſuccis res aliæ infunduntur, & poſtea colaturæ ſaccharum additur, & ad ſirupi conſiſtentiam coquitur.

quitur. 8. *Ex extractis*, ſi illi per menſtrui abſtractionem aliquantulum inſpiſſato ſaccharum addatur. 9. *Si electuarium* molle, in liquoris calentis ſextuplo vel octuplo diſſolvatur, & coletur, & additâ ſacchari parte dimidia, leni calore, ſine ebullitione, liquor ad tertiæ partis conſumptionem evaporet. 10. *Si* plantis, præcipuè calidis & ſiccis tantùm aquæ ſaltem affundatur, ut tantum liquoris poſt infuſionem adſit, quantum aliàs poſt coctionem factam relinqui ſolet, & materia hoc modo infuſa, in vaſe vitreo, vel ſtanneo idoneo, vulgò **in einer zinnernen oder ſteinernen zugeſchraubten Fleſchen** diebus tribus vel quatuor ad digerendum in B. ponatur, poſteà coletur. Colatura iterum in B. ponatur, vel ſola, vel, quod temporis compendium facit cum albumine ovi, ut fæces ſeparentur. Poſtea ſaccharum coquatur ad conſiſtentiam, qualis in ſacchari penidii confectione obſervatur, & ſaccharo huic poſtea colatura clarificata admiſceatur. Ita enim fit ſirupus purgantium

& alte-

dicto præparantur. 3. *Ex ſuccis* depuratis, quibus ſacchari dimidium additur, & coquuntur ad ſirupi conſiſtentiam. 4. *Nonnulli* præſtantiores adhuc faciunt, & in ſucco florum expreſſo, novos flores, horis viginti quatuor in B.M. infundunt, iterumq; exprimunt, id aliquoties repetunt, tandem ſuccum per digeſtionem unam, vel ſæpius repetitam clarificant, cui ſacchari dimidium addunt, & parum coquunt, vel per deſtillationem aliquid ſucci abſtrahunt, & reſiduo ſucco tertiam vel quartam partem ſacchari addunt & in B. M. viginti quatuor horis digerunt. 5. *alij ſuccum ad dimidias coquunt*, colant, & per reſidentiam die uno, duobus vel tribus clarificari ſinunt, clarumque cum ſaccharo, ad ſirupi conſiſtentiam coquunt. 6. *interdum ſaccharo* clarificato calido, ſuccus expreſſus infunditur, & calori ſolis ad aqueam humiditatem abſumendam exponitur, cujus vicem levis aliqua coctio compenſare poteſt. 7. *Quandoque* in ſuccis res aliæ infunduntur, & poſtea colaturæ ſaccharum additur, & ad ſirupi conſiſtentiam coquitur.

Digitized by Google

quitur. 8. *Ex extractis*, ſi illi per menſtrui abſtractionem aliquantulum inſpiſſato ſaccharum addatur. 9. *Si electuarium* molle, in liquoris calentis ſextuplo vel octuplo diſſolvatur, & coletur, & additâ ſacchari parte dimidia, leni calore, ſine ebullitione, liquor ad tertiæ partis conſumptionem evaporet. 10. *Si* plantis, præcipuè calidis & ſiccis tantùm aquæ ſaltem affundatur, ut tantum liquoris poſt infuſionem adſit, quantum aliàs poſt coctionem factam relinqui ſolet, & materia hoc modo infuſa, in vaſe vitreo, vel ſtanneo idoneo, vulgò **in einer zinnernen oder ſteinernen zugeſchraubten Fleſchen** diebus tribus vel quatuor ad digerendum in B. ponatur, poſteà coletur. Colatura iterum in B. ponatur, vel ſola, vel, quod temporis compendium facit cum albumine ovi, ut fæces ſeparentur. Poſtea ſaccharum coquatur ad conſiſtentiam, qualis in ſacchari penidii confectione obſervatur, & ſaccharo huic poſtea colatura clarificata admiſceatur. Ita enim fit ſirupus purgantium

&alte-

dicto præparantur. 3. *Ex ſuccis* depuratis, quibus ſacchari dimidium additur, & coquuntur ad ſirupi conſiſtentiam. 4. *Nonnulli* præſtantiores adhuc faciunt, & in ſucco florum expreſſo, novos flores, horis viginti quatuor in B.M. infundunt, iterumq; exprimunt, id aliquoties repetunt, tandem ſuccum per digeſtionem unam, vel ſæpius repetitam clarificant, cui ſacchari dimidium addunt, & parum coquunt, vel per deſtillationem aliquid ſucci abſtrahunt, & reſiduo ſucco tertiam vel quartam partem ſacchari addunt & in B. M. viginti quatuor horis digerunt. 5. *alij ſuccum ad dimidias coquunt*, colant, & per reſidentiam die uno, duobus vel tribus clarificari ſinunt, clarumque cum ſaccharo, ad ſirupi conſiſtentiam coquunt. 6. *interdum ſaccharo* clarificato calido, ſuccus expreſſus infunditur, & calori ſolis ad aqueam humiditatem abſumendam exponitur, cujus vicem levis aliqua coctio compenſare poteſt. 7. *Quandoque* in ſuccis res aliæ infunduntur, & poſtea colaturæ ſaccharum additur, & ad ſirupi conſiſtentiam coquitur.

quitur. 8. *Ex extractis*, ſi illi per menſtrui abſtractionem aliquantulum inſpiſſato ſaccharum addatur. 9. *Si electuarium* molle, in liquoris calentis ſextuplo vel octuplo diſſolvatur, & coletur, & additâ ſacchari parte dimidia, leni calore, ſine ebullitione, liquor ad tertiæ partis conſumptionem evaporet. 10. *Si* plantis, præcipuè calidis & ſiccis tantùm aquæ ſaltem affundatur, ut tantum liquoris poſt infuſionem adſit, quantum aliàs poſt coctionem factam relinqui ſolet, & materia hoc modo infuſa, in vaſe vitreo, vel ſtanneo idoneo, vulgò **in einer zinnernen oder ſteinernen zugeſchraubten Fleſchen** diebus tribus vel quatuor ad digerendum in B. ponatur, poſteà coletur. Colatura iterum in B. ponatur, vel ſola, vel, quod temporis compendium facit cum albumine ovi, ut fæces ſeparentur. Poſtea ſaccharum coquatur ad conſiſtentiam, qualis in ſacchari penidii confectione obſervatur, & ſaccharo huic poſtea colatura clarificata admiſceatur. Ita enim fit ſirupus purgantium & alte-

dicto præparantur. 3. *Ex ſuccis* depuratis, quibus ſacchari dimidium additur, & coquuntur ad ſirupi conſiſtentiam. 4. *Nonnulli* præſtantiores adhuc faciunt, & in ſucco florum expreſſo, novos flores, horis viginti quatuor in B.M. infundunt, iterumq; exprimunt, id aliquoties repetunt, tandem ſuccum per digeſtionem unam, vel ſæpius repetitam clarificant, cui ſacchari dimidium addunt, & parum coquunt, vel per deſtillationem aliquid ſucci abſtrahunt, & reſiduo ſucco tertiam vel quartam partem ſacchari addunt & in B. M. viginti quatuor horis digerunt. 5. *alij ſuccum ad dimidias coquunt*, colant, & per reſidentiam die uno, duobus vel tribus clarificari ſinunt, clarumque cum ſaccharo, ad ſirupi conſiſtentiam coquunt. 6. *interdum ſaccharo* clarificato calido, ſuccus expreſſus infunditur, & calori ſolis ad aqueam humiditatem abſumendam exponitur, cujus vicem levis aliqua coctio compenſare poteſt. 7. *Quandoque* in ſuccis res aliæ infunduntur, & poſtea colaturæ ſaccharum additur, & ad ſirupi conſiſtentiam coquitur.

quitur. 8. *Ex extractis*, ſi illi per menſtrui abſtractionem aliquantulum inſpiſſato ſaccharum addatur. 9. *Si electuarium* molle, in liquoris calentis ſextuplo vel octuplo diſſolvatur, & coletur, & additâ ſacchari parte dimidia, ſeni calore, ſine ebullitione, liquor ad tertiæ partis conſumptionem evaporet. 10. *Si* plantis, præcipuè calidis & ſiccis tantùm aquæ ſaltem affundatur, ut tantum liquoris poſt infuſionem adſit, quantum aliàs poſt coctionem factam relinqui ſolet, & materia hoc modo infuſa, in vaſe vitreo, vel ſtanneo idoneo, vulgò **in einer zinnernen oder ſteinernen zugeſchraubten Fleſchen** diebus tribus vel quatuor ad digerendum in B. ponatur, poſteà coletur. Colatura iterum in B. ponatur, vel ſola, vel, quod temporis compendium facit cum albumine ovi, ut fæces ſeparentur. Poſtea ſaccharum coquatur ad conſiſtentiam, qualis in ſacchari penidii confectione obſervatur, & ſaccharo huic poſtea colatura clarificata admiſceatur. Ita enim fit ſirupus purgantium

& alte-

dicto præparantur. 3. *Ex ſuccis* depuratis, quibus ſacchari dimidium additur, & coquuntur ad ſirupi conſiſtentiam. 4. *Nonnulli* præſtantiores adhuc faciunt, & in ſucco florum expreſſo, novos flores, horis viginti quatuor in B.M. infundunt, iterumq; exprimunt, id aliquoties repetunt, tandem ſuccum per digeſtionem unam, vel ſæpius repetitam clarificant, cui ſacchari dimidium addunt, & parum coquunt, vel per deſtillationem aliquid ſucci abſtrahunt, & reſiduo ſucco tertiam vel quartam partem ſacchari addunt & in B. M. viginti quatuor horis digerunt. 5. *alij ſuccum ad dimidias coquunt*, colant, & per reſidentiam die uno, duobus vel tribus clarificari ſinunt, clarumque cum ſaccharo, ad ſirupi conſiſtentiam coquunt. 6. *interdum ſaccharo* clarificato calido, ſuccus expreſſus infunditur, & calori ſolis ad aqueam humiditatem abſumendam exponitur, cujus vicem levis aliqua coctio compenſare poteſt. 7. *Quandoque* in ſuccis res aliæ infunduntur, & poſtea colaturæ ſaccharum additur, & ad ſirupi conſiſtentiam coquitur,

Digitized by Google

quitur. 8. *Ex extractis*, ſi illi per menſtrui abſtractionem aliquantulum inſpiſſato saccharum addatur. 9. *Si electuarium* molle, in liquoris calentis ſextuplo vel octuplo diſſolvatur, & coletur, & additâ ſacchari parte dimidia, ſeni calore, ſine ebullitione, liquor ad tertiæ partis conſumptionem evaporet. 10. *Si* plantis, præcipuè calidis & ſiccis tantùm aquæ ſaltem affundatur, ut tantum liquoris poſt infuſionem adſit, quantum aliàs poſt coctionem factam relinqui ſolet, & materia hoc modo infuſa, in vaſe vitreo, vel ſtanneo idoneo, vulgò in einer zinnernen oder ſteinernen zugeſchraubten Fleſchen diebus tribus vel quatuor ad digerendum in B. ponatur, poſteà coletur. Colatura iterum in B. ponatur, vel ſola, vel, quod temporis compendium facit cum albumine ovi, ut fæces ſeparentur. Poſtea ſaccharum coquatur ad conſiſtentiam, qualis in ſacchari penidii confectione obſervatur, & ſaccharo huic poſtea colatura clarificata admiſceatur. Ita enim fit ſirupus purgantium

& alte-

& alterantium, vim integram retinens.
II. *tandem* ex ſolo aceto & ſaccharo fit ſirupus acetoſus ſimplex, ex aceti libris tribus, ſacchari ſecundum nonnullos & aquæ ana libris quinque.

III. *Circa modum utendi ſirupis* notabis, rarius ſolos exhiberi in morbis pectoris & ventriculi; ſæpius verò diluuntur duplo aquarum deſtillatarum, vel decoctorum, propinanturque pro una doſi, ſiruporum alterantium uncia una vel una ſemis cum aquæ vel decocti unciis duabus vel tribus.

Aphor.2.

Iulebo-rum præparatio.

Iulebus eſt medicamentum ſirupo dilutius & gratius; ex aquis deſtillatis, ſuccis, & ſaccharo paratum, vel ſine decoctione, vel cum decoctione.

I. *Sine decoctione primò* ſumitur aqua deſtillata, vel decoctum hordei, cui & ſuccus aliquis, ut citri, limonum, granatorum, cydoniorum, vel acetum addi poteſt, iiſque ſaccharum clarificatum vel julebi uſuales, roſarum, vel violarum

coct

cocti permiſcentur, proportione aquæ, & ſuccorum, ad ſaccharum, vel ſirupos, tripla, ſextupla, octupla vel duodecupla, & ſi opus, per manicam Hyppocratis trajiciuntur, & nonnunquam ſpeciebus aromaticis, aut rotulis conjunguntur, & in quibuſdam morbis ſpiritu vitrioli intenduntur. *Secundò*, ſi conſervis & ſuccis medicatis, aquæ deſtillatæ convenientes, vel hordei quantum ſufficit affunditur, & in mortario marmoreo vel ſuper igne lento miſcentur & colantur.

II. *Cum decoctione*, & ſunt ſirupi, vel decocta dilutiora & gratiora, & proinde eadem, quæ illorum parandi ratio eſt, niſi quod non ad craſſiorem conſiſtentiam coquantur.

Aphor. 3.

Hydroroſatum ad julebos pertinet, potio eſt ex roſis, aqua & melle, vel ſaccharo confectis. Ori baſius aquæ ferventis libras 60. foliarum roſarum libras 10. injicit, vas occludit, ad perfectam coctionem: poſtea defæcatis roſis, mellis libras 30. addit, & in cellam reponit, quod melle roſaceo potentius refri-

Hydroroſati præparatio.

refrigerat. Actuarius delicatius parat, ex aqua libris 10. cum ſacchari libris 5. ad ſpiſſitudinem decoctis, quibus ſucci roſarum libram unam deinde infundit.

Aphor. 4.

Emulſionum præparatio.

Emulſio eſt medicamentum potulentum, ex medullâ ſeminum & fructuum nonnullorum, affuſione liquoris, à contuſione & expreſſione paratum, cujus conſideratur modus præparandi & uſus:

I. *Modus parandi* emulſiones quadruplex eſt: 1. Amygdalæ dulces, ſemina quatuor frigida majora, nuclei, omnia excorticata, & alia, in mortario marmoreo piſtillo ligneo contunduntur, ſenſim affundendo aquæ roſarum, vel alterius, aut decocti grati, & clarificati, ad minimum triplum, ſextuplum, decuplum, &c. confuſa colantur, & ſi libet, emulſio dulcoratur ſaccharo, vel aliquid aquæ cinnamomi, vel etiam conſervæ, confectiones, & electuaria liquida, ad drachmas duas vel plures, adduntur. Exempli gratia, recipe amygdalarum dulcium excorticatarum unciam

Digitized by Google

ciam unam, ſeminum quatuor frigidorum majorum ana drachmam unam. Contundantur affuſâ aquæ hordei libra una, roſarum uncia una, emulſio facta dulcoretur ſacchari candi uncia una. 2. Margaritæ præparatæ, corallia, cornu C. uſtum, emulſionibus addi poſſunt. Exempli-gratia, recipe margaritarum præparatarum, C.C. uſti præparati ana drachmam unam, corallorum rubrorum præparatorum drachmam ſemis, amygdalarum dulcium excorticatarum drachmas duas, aquarum roſarum uncias tres, borraginis, acetoſæ ana unciam unam ſemis, cinamomi drachmas duas, fiat emulſio, dulcoretur, rotularum manus Chriſti perlati uncia ſemis. 3. Ex ſolis margaritis, coralliis, C.C. & ſimilibus fieri poſſunt, qualis eſt emulſio margaritarum Montagnagæ. 4. Sæpe aquis deſtillatis ſucci, & alij liquores adduntur, ita tamen, ut aquæ ſuperent; aliquando, ſed rarius ſirupus conveniens additur.

II. *Uſus emulſionum* eſt vel internus vel externus: *internus* varius eſt, ad confortan-

fortandum, ſitim extinguendam, ſomnum conciliandum, ſudores movendos &c. Externus, ad calorem & dolorem capitis ſedandum, & ſomnum conciliandum.

Aphor. 5.

Tincturarum præparatio.

Tincturæ fiunt ex viridibus herbis, vel ex ſiccis plantis:

I. *Ex viridibus herbis*, tincturæ fiunt quæ etiam eſſentiæ dicuntur, quando ex contuſis, addito pauxillo ſpiritus vini ſuccus exprimitur & per quatuor vel plures dies in B.M. digeritur, donec craſſo ſedimento deſcendente rubeſcat, qui per inclinationem ſeparatur, iterumque digeritur, donec nullæ amplius fæces ſubſideant, ut diutius duret, ſucci unciæ ſedecim cum ſacchari unciis quatuor in B. lento calore in ſirupi formam coqui poteſt.

II. *Ex ſiccis plantis* menſtruo, interveniente, etiam eſſentiæ, tincturæ ſeu extracta liquida fiunt, quando ex vegetabilium uno vel pluribus, ſiccatis & contuſis, plerunque potentia calidis, menſtruum ejuſdem facultatis, & idoneum, ſpiritus vini præcipuè, aquâ deſtillatâ,

ſtillatâ, ros majalis, vel aliud, in loco interdum calido, in vas benè clauſum affunditur, quod ſatis coloratum effunditur, novo toties affuſo menſtruo, donec non amplius tingatur, in quo novas ſpecies interdum maceramus, ut extractum fiat potentius, quod poſtea vel per chartam filtratur, vel digeſtione depuratur & ab eo quandoque pars menſtrui evocatur, ut fiat forma ferè julebi. Ut ſi ſpiritus vini abſynthio affundatur, tinctura extrahatur, & tandem maxima pars ſpiritus vini ſeparetur, fit tinctura, ſeu extractum abſynthij liquidum. Eodem ferè modo ex gemmis, lapidibus, metallis, & aliis, cum menſtruis idoneis tincturæ parantur.

SECTIO DECIMA NONA

Quâ comprehenduntur medicamenta interna, mollia non fluida, in ſpecie extracta, reſinæ, conſervæ, condita, Rob, electuaria, lohoh, eclegmata, linctus, ſaponea, leucophagum.

Digitized by Google

APHOR. I.

Modus parandi extracta.

MOdus parandi extracta idem eſt cum tincturis, niſi quod menſtruum ferè totum abſtrahatur ad conſiſtentiam mellis, vel, ſi placet, etiam pilularum, imò & pulveris formam, paranturque ex ſimplicibus, vel compoſitis (in quibus parandis cognata ſimul, diverſa verò naturæ ſimplicia, ſingula ſeorſim per idoneum menſtruum extrahenda) tam alterantibus, quam purgantibus, ut & narcoticis, quale eſt à baſi opio, dictum laudanum opiatum.

Reſinarum præparatio.

Ad extracta *reſinæ* referuntur, quæ parantur è ſcammonio, mechoacannâ, gialapâ, & ſimilibus, gummoſum quid continentibus; ſi in extractionem cum ſpiritu vini factam, & à fæcibus per inclinationem ſeparatam, aliquid aquæ roſarum inſtilletur. Tum enim extractum ad fundum præcipitatur, quod lento calore ſiccatum, in formâ pilularum, vel boli, vel alia exhiberi poteſt.

Aphor. 2.

Modus parandi conſervas.

Conſervæ nomen præcipuè floribus tribuitur, deinde etiam herbis, ac radicibus quibuſdam molliotibus, quæ ſac-

char-

charo conditæ, in plures annos aſſervantur, & parantur;

I. *Si flores & herbæ* recentes, mundatæ, & ſi humidiores, in umbra nonnihil exſiccatæ cum ſacchari duplo, vel triplo, in pila lapidea, piſtillo ligneo conteruntur & miſtura in vaſe vitreo vel vitreato reconditur; quod ſi humidiores, ad lentum ignem conſervas factas calefacere utile eſt.

II. *Alij vitri fundum* ſaccharo replent, cui flores condiendos ad digiti transverſi altitudinem injiciunt, ut fiat S. S. S. & in vetro benè clauſo ſoli per aliquot ſeptimanas exponunt.

III. *Nonnunquam radices* ad mollitiem coctæ, vel ſine coctione mundatæ, minutiſſimè contunduntur, quibus per ſetaceum trajectis, additur ſaccharum perfectè coctum, ut pro ſirupis fieri ſolet: hoc modo ex radicibus Cichorij recentibus fit conſerva.

Aphor. 3.

Conditi nomen in ſpecie tribuitur medicamentis, quæ integra ferè, ſaccharo vel melle condiuntur, ut diutius durent, & guſtui gratiora ſint, & quidem. *Condita.*

Digitized by Google

I. *Molliora*, ut ceraſa, baccæ ribes, & ſimilia, vel ſaccharo aut melli calenti immerſa coquuntur, ad juſtam ſacchari conſiſtentiam, vel, ne flacceſcant, ſaccharo calente perfunduntur, & ubi, ſaccharum aqueam humiditatem attraxit ſolum ſaccharum ad humiditatis aqueæ abſumptionem coquitur, & poſtea fructibus conditis reaffunditur.

III. *Solidiora*, ut radices, cortices fructuſque duriores, prius aquâ macerantur, vel etiam coquuntur, donec amaritudo (ſed ne quid nimis) extrahatur, mollioraque fiant. Poſtea ſaccharum in aqua ſimplici, vel maceratione diſſolutum, & clarificatum, affunditur, iterumque poſtea, donec aquea, quæ ſupereſt, humiditas abſumatur, coquitur, conditumque in vaſe vitreo, orbi ligneo lapidibus ſuperpoſitis depreſſum, ut jus emineat, ſervatur.

Aphor. 4.

Rob ſeu ſucci inſpiſſati.

Rob, ſeu ſucci inſpiſſati ad uſum tempore hyberno, ſunt vel alterantes vel purgantes:

I. *Alterantes* parantur cum vel ſine expreſſione: 1. *cum expreſſione*, quand[o] ſuccu[s]

ſuccus fructuum, nonnunquam & florum expreſſus, lento igne ad dimidiæ, vel tertiæ partis conſumptionem coctus, & calens adhuc, per colum denſius trajicitur, & per ſubſidentiam, vel ovi albumine clarificatur, quod clarum eſt iterum coquitur, & ut longius durent, ſacchari ſubduplum, vel par quantitas additur. 2. *ſine expreſſione*, è ſucco puriore & defæcatione, cydoniorum, pomorum, ribes cum ſaccharo, in ſcatulas effuſi ſervantur, & gelatinæ dicuntur. Huc pertinet & *diacydonium*, quod ſolidæ paſtæ forma parari à pleriſque ſolet.

III. *Purgantes*, quando tincturæ vel extracta, aut infuſa purgantium, ſucci ſub finem coctionis miſcentur, ut Diacydonium, Rob ribes, ſambuci, pomorum, & reliqua purgantia in inſtitutionibus deſcripta.

Aphor. 5.

Electuariorum præparatio.

Electuaria ſunt medicamenta, quæ melle vel alio conveniente liquore ad conſiſtentiam ſirupo craſſiorem, liquidam tamen adhuc, rediguntur, quorum ſpectatur parandi modus & uſus.

Digitized by Google

I. *Parandi modus* reſpicit vel uſum præſentem vel diuturniorem, vel paſſulas & pruna laxitiva: 1. *Præparatio electuariorum quoad uſum præſentem* duplicitur ſe habet, *primò* ſumuntur conſervæ convenientes, quibus adduntur ſpecies, condita, trochiſci, rob, proportione ad conſervas quacunque, & cum ſacchari diſſoluti, vel mellis, vel ſirupi convenientis, ſufficiente quantitate, in mortario exactè miſcentur, cui interdum aliquot guttæ ſpiritus roſarum vitrioli, ſalis, oleorum deſtillatorum, aut aquarum compoſitarum, affunduntur: atque hoc electuariorum genus à nonnullis miſtura, ab aliis conditum dicitur. *Secundò* fructus, ſemina, vel radices infunduntur, aut in vino, vel aqua ad pultis formam coquuntur, quibus per cribrum ſetaceum trajectis, ſaccharum additur, vel mel deſpumatum, aut ſirupi, vel manna, & ſi libet, ad mellis conſiſtentiam coquuntur, quibus interdum ſpecies, conſervæ, ac condita, ſpiritus vitrioli, ſalis, aut olea deſtillata adduntur. 2. *Ad uſum diuturniorem* electuaria præparantur, quando aromat

& ali

& alia ſimplicia in pulverem redacta, in primis mellis deſpumati calentis vel etiam ſacchari, convenientis aquæ, decocti, ſirupi, infuſi, aut horum plurium ſufficiente quantitate, triplâ ferè, per cribrum ſetaceum inſperguntur, donec continuâ agitatione miſceantur, & ad fermentandum in vaſe convenientе aſſervantur. 3. *Paſſulæ*; & pruna laxativa huc referenda ſunt, quorum parandi ratio, tam in forma liquida quam ſicca, in inſtitutionibus uberius videatur.

II. *Uſus electuariorum* eſt vel ad alterandum & confortandum & *aromatica* dici poſſunt, ut confectiones aromaticæ omnes, Vel contra venena quæ *opiata* dicuntur, ut theriaca, mithritatium & alia. Vel ad purgandum quæ *catharctica* dicuntur & in officinis plura habentur.

Aphor. 6.

Lohoh, eclegmata ſeu linctus, electuariis conſiſtentiam habent paulò fluidiorem, & in ſpecie affecti- *Lohoh, eclegmata ſeu linctus.*

 bus

Digitized by Google

bus pulmonum & thoracis variis licata ſunt, quorum ſpectatur materia & parandi modus.

I. *Materia*, ſunt ſpecies & pulveres, conſerva, ſucci, mel, ſaccharum, extracta, mucilagines, ſirupi, julebi, oxymel, olea deſtillata.

II. *Parandi modus* quintuplex eſt: 1. Quando pulveres convenientes liquoribus convenientibus miſcentur, donec mediam inter mel & electuaria conſiſtentiam nacta fuerint. Sic parantur Lohoh ſanum & expertum, ad aſthma, de pino, de pulmone vulpis & alia. 2. Si eclegmati reſuali adduntur conſervæ ſpecieſque convenientes, ſaccharum, & cum ſirupi, vel julebi, vel mellis deſpumati, aut ſacchari ſufficiente quantitate, in formam linctus rediguntur, quibus interdum aliquot guttæ oleorum deſtillatorum adduntur. 3. Quando pulpæ per ſetaceum trajectæ ſaccharum, vel alia adduntur, ſed ut conſiſtentia electuario ſit liquidior. 4. Si ſuccus mucilago, addito melle, vel ſaccharo coquantur, ad conſiſtentiam eclegmatis, ut Lohoh de farfarâ, & diacodium

codium ſimplex paratur. 5. ſi nonnunquam è ſolis ſirupis , addito ſaccharo cando, vel peni diato lambile paratur.

Aphor.7.

Ad Lohoh pertinet *ſaponea, ſeu linctus* ex amygdalis, paraturque; *Saponea ſeu linctus ex amygdalis.*

I. *Si* amygdalarum dulcium excorticatarum & contuſarum , unc.ij. ſacchari clarificati vel candi, vel penidij, in aquâ conveniente diſſoluti ℔ j. additur , coquendo ſimul ad mellis conſiſtentiam, ſub finem, amyli unc.j. & aquæ roſarum q. ſ. adjicitur. Sub finem etiam aliquid Zingiberis, vel aromatum addi poteſt.

II. *Cum lactis* amygdalini, aquâ roſarum, vel aliâ emulſi , portione aliquâ, ſolvitur ſaccharum, aſpergitur , poſtea amylum , reliquaque emulſionis parte etiam affusâ , ad lentum ignem agitatur.

Aphor.8.

Leucophagum , à colore albo ſic dictum, cognata ſaponeæ miſtura, paratur ex amygdalis dulcibus, in aqua roſarum maceratis, & carne caponis , vel perdicis elixa , in mortario marmoreo *Leucophagi preparatio.*

 dili-

Digitized by Google

diligentiſſimè contuſâ, & per ſetaceum trajecta, cum tantillo amyli, & ſacchari ad debitam conſiſtentiam coctâ, cujus uſus in corporis atrophia, phthiſi, & virium proſtratione, cui pro vario Medici ſcopo vinum, aromata, cinamomum præcipuè, corallia, & alia addi poſſunt.

SECTIO VIGESIMA

De medicamentorum internorum, partim mollium ut Boli, partim ſiccorum ut pulverum & ſalium, ratione parandi.

APHOR. I.

Boli. BOlus eſt fruſtum medicamenti figuræ globoſæ, quantum ferè bucca capi poteſt, ſuntque vel boli purgantes vel alterantes:

I. *Boli purgantes* operantur vel per alvum vel per vomitum: *primò Boli per alvum purgantes* ſex modis parantur 1. ſumuntur electuaria purgantia, ſaporis minus ingrati, & vix ultra unc. j. ſacchárique ſufficiente quantitate additâ, in formam cylindri concinnantur. Ex. gr. ℞. Elect. lenitiv. ſ. diacatholic. an. unc. ß. cum ſaccharo. F. Bolus. 2. *inter-*

dum electuariis aliquid de ſpeciebus vel pulveribus additur. Ex.gr. Rec. Elect. lenitiv. ſ. diacatholic. an. Drach. iij. ſpec. diaturbith. cum rhabar. cremor. tartari an. ſcrup. ß. cum ſaccharo F. Bolus. 3. *Licet* & conſervas addere. Ex gr. Rec. Elect. indi diaphænic. an. Drach. ij. mechoac. ſcrup. j. conſerv. betonic. Drach. j. cum ſaccharo F. Bolus. 4. *Pro ſaccharo* conſervæ vel ſolæ, vel cum pauxillo ſacchari uſurpari poſſunt. Ex. gr. Rec. elect. lenitiv. ſ. unc. ß. de ſucco roſar. Drach. iij. conſerv. borrag. bugloſſ. an. Drach. j. F. Bolus. 5. *Loco ſacchari*, vel cum eo imprimis in affectionibus renum, pulvis glycirrhizæ, vel alius atque etiam terebinthina addi ſolet. Ex. gr. Rec. flor. caſſiæ unc. ß. terebinthinæ aqu. parietariæ lotæ Drach. ij. rhabarb. opt. ſcrup. ß. cum ſaccharo & pulv. glycyrrhizæ, F. Bolus. 6. *Vel* loco electuariorum purgantium, pulveres ſimpliciũ, quibus alterantia, corrigentia, vel alia addi poſſunt, vel ſpecies purgantes, aut extracta ſimplicia vel cõpoſita excipiũtur pulpa caſſiæ, tamarindorum, vel prunorum, aut conſerva, vel rob, vel ſirupo

 conve-

convenieute, interdum guttis aliquot oleorum deſtillatorum ad corroborandum addictis, cum ſacchari ſufficiente quantitate, in formam boli conformantur. Ex gr: Rec: ſpec. diaturbith. cum rhabarbar. Drach. j. incorporentur cum ſirupo roſarum ſol. ſ. q. & cum ſaccharo. F. Bolus. *Secundò Boli purgantes per vomitum* ſeu emetici, eodem modo parantur, ex pulvere emetico aliquo ſimplici, vel compoſito, cui interdum alterantium, vel corrigentium grana aliquot adduntur, vel extracto aliquo emetico, cum conſerva aut confectione quadam ſimilis conſiſtentiæ, & ſirupis.

II. *Boli alterantes* ad varios uſus commodi, ad confortandum, venenis reſiſtendum, ſomnum conciliandum &c. ratio componendi à prioribus non differt. Ex gr. Rec. conſerv. roſar. antiq. unc. ß. cydonior. condit. Drachm. j. pulv. tormentilli, ſcrup. j. boli armen. ſcrup. cum ſaccharo. F. Bolus ad alvi fluxum.

Aphor. 2.

Pulveres eorum

Pulveres ex medicamento uno vel pluri-

pluribus contuſis conſtant, & differunt reſpectu formæ externæ & uſus.

Pulverum *forma externa* vel ſunt ſubtiles & craſſiuſculæ: 1. *Subtiles* pulveres ex meris conſtant aromatibus, & ſaccharo, in ſpecie *Tragemata* vel *Trageæ* appellantur, quo & ſales *ſacerdotales* pertinent, qui cum cibo ſumuntur. Ex. gr. Rec. ſalis commun; unc. iß. piperis Drach. vj. cymimi. unc. ß. ſem. carvi. cinam. Zedoar. an. Drach. iij. Zingi. macis, an Drach. iß. M. 2. *Pulveres craſſiuſculi*, & Trageæ groſſæ ac ſpecies inciſæ dicuntur vel parantur vel ex ſimplicibus vel ex compoſitis: *Ex ſimplicibus*, ut ſunt variæ ſtirpium partes uſque vel ſaccharo obductis, ſeu confectionibus, vel non abductis, ſed ſaltem conciſis; Ex. gr. Rec. liquirit. raſæ & inciſ. unc. j. cinamom. el. unc. ß. coriandr. præpar. calami arom. an. Drach. ij. incidandur groſſo modo, & adde ſpec. morſul. imperial. Drach. vj. confect. unius tunicæ aniſi, fænicul. coriandr. carvi, an. Drach. j. M. *Ex compoſitis*, tabulis ſcilicet ſeu rotulis officinalibus aromaticis, craſſiori modo contractis, ut aromat.

Forma externa.

romat: roſat. imperat. ex oleo cinamomi, & ſimilibus.

Aphor. 3.

Pulverũ uſus. Ratione uſus alii pulveres purgantes, alii alterantes, alii alexipharmaci ſunt.

I. *Pulveres purgantes* vel operantur *per vomitum* & fiunt ex vomitoriis, eodem modo, ut purgantes, vel *per alvum* & hoc modo parantur. Recipiũtur ſimplicia purgantia pulveriſari apta, vel pulveres officinales; nel etiam tabulæ catharcticæ, quibus adduntur corrigentia & dirigentia, doſi ad catharctica ſubtripla vel ſubquadrupla. Nonnunquam etiam olei deſtillati gutta una admiſcetur. Uſuales ſunt ſpecies diaturbitb. cum rhabarb. diacarthami. ſenæ præparat. Ex. gr. R. fol. ſenæ unc. j. turbith. el. glycirrhiz. an. unc. ß. Zingib. Drach. j. F. pulvis, doſis Drach. j.

II. *Pulveres alterantes* vel intra corpus ſumuntur, vel extra corporis partibus inſperguntur: 1. *Intra corpus* ſumuntur pulveres qui componuntur ex variis ſimplicibus pulveriſari aptis, quibus ſpecies aromaticæ junguntur. Et ſæpè ſumuntur tantùm aromatica; & magis

magis grata, additis interdum oleis deſtillatis & ad Drachmam unam ſpecierum, uncia ſeminis vel una ſacchari, exhibenturq; cum vino, cereviſia, aquis deſtillatis, in varios uſus, vel ita aridi, ut ſtomachales & Peptici poſt paſtum devorantur. Officinales ſunt pulvis ad partum, ad caſum, ſtomachalis & alii. 2. *Extra* corporis partibus inſperguntur pulveres ex variis ſimplicibus & compoſitis, pro Medici intentione compoſiti, uſurpantur vel per ſe, ut qui capiti affricantur, vel cum aliis miſtis, ut pulvis officinarum pro epithemate epatis, cum aliqua aquâ refrigerante.

III. *Pulveres Alexipharmaci* ſunt venenis reſiſtentes quorum plurimi habentur, & exſtant in officinis, Saxonicus, Cæſaris Gryſeus & Rubeus ac alii paſſim, & qui hodiè ex ſerpentibus noſtris paratur & Bezoardicum animale vocatur.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 4.

Salium præparatio. *Sal rebus* ferè omnibus duplex ineſt, volatilis & fixus:

I. *Volatilis*, nonnullis eſſentialis dictus, qui ignem & calorem non ſuſtinet, ſed avolat, & calcinatione diſcutitur, qui ex aliquibus plantis, quæ eo abundant, ita paratur: plantæ alicujus magnam quantitatem contunde, & affuſâ aquâ multâ in vaſe magno coque. Decoctum cola & fortiter exprime. Colaturam iterum coq; ad mellis conſiſtentiam. Succum hunc pone in vaſe vitreo in locum frigidum, & ſal cryſtallinus concreſcet, efficacior illo, qui è cineribus eluitur. Eodem modo etiam ex quibuſdam ſuccis paratur. Colligitur etiam deſtillationibus.

II. *Sal fixus* paratur è cineribus plantarum & lignorum, dum ex iis lixivium paratur; idq; coquitur, donec aqua omnis exhalet, & tum ſal relinquitur. Is purificatur crebra ſolutione & filtratione iterumq; coagulatione: quidam eum per deliquium in loco humido in liquorem ſolvunt filtrant iterumq; coagulant. Reliqui modi minus commodi ſunt.

iu.

Aphor. 5.

Ad ſalia pertinent *cremor, acidum & cryſtalli tartari*, qui nihil aliud ſũt quàm ſal tartari à fæcibus admiſtis ſeparatus. Item Tartarum, vitriolatum, Sal Tartari. Item ſalia vitriolata & ſpecificum purgans Paracelſi. Lapis vegetabilis, ſeu clyſſus. Spiritus vitrioli coagulatus. Sal prunellæ, ſeu iterum præparatum. Item Magiſteria ſeu ſolutiones margaritarum, coralliorum, oculorum cancri, & ſimilium rerum, ſi ſcilicet ſal volatilis menſtrui ſolventis iis adhuc adhæreſcat. *Varia ſalia cremores & cryſtalli ac magiſteria.*

SECTIO VIGESIMA PRIMA.

De medicamentis internis formâ ſiccâ qua continentur in ſpecie croci, flores, præcipitata, vitra, calces, feculæ, confecta, rotulæ, morſuli, pandaleon, turiones, confectiones reſtaurantes, holippæ purgantes, oblatæ laxativæ, & melitomata purgantia.

APHOR.

Digitized by Google

APHOR. I.

Croci.

CRoci ſunt ſubtiles pulveres vel Tincturæ in pulveris formam redactæ, crociei coloris. Præcipui ſunt crocus metallorum & crocus Martis:

I. *Crocus Metallorum* nihil aliud eſt quam Antimonium cum Nitro calcinatum, & in pulverem crocei coloris redactum: Huic affine eſt ſulphur auratum antimonii.

II. *Crocus Martis* variis modis paratur; compendioſè, ſi laminæ chalybis puræ, oleo vitrioli vel ſulphuris per campanam facto illinantur; aut limatura chalybis eodem oleo conſpergatur, & in cellam collocetur. Poſteà lamina, vel limatura aquâ abluatur, idq; aliquoties repetatur; poſteà crocus ab aqua ſeparetur, & ad rubedinem nonnihil calcinetur. Huc pertinet terra vitrioli, item modus parandi vitriola, de quibus conſule inſtitutiones.

Aphor. 2.

Flores chymicorum.

Flores Chymicis nominantur plerunque ſubtiliores corporis partes, à craſſiore per ſublimationem ſeparatæ. Vul-

Vulgatiſſimi ſunt flores ſulphuris, Antimonii, Benzoës. Quo & reliqua ſublimata pertinent, inter quę pręcipuè Mercurius ſublimatus ſimplex & dulcis, item arcanum corallinum pertinent, quorum præparationem vide in Inſtitutionibus.

Aphor. 3.

Præcipitati nomen præcipuè tribuitur Mercurio, qui poſtquam in aqua forti ſolutus eſt, ab aqua ſolvente ſeparatur, ſubſidetque, Mercurius præcipitatus nominatur, vel turbith minerale, cui ſi in præcipitatione aliquid auri additur, aurum vitæ appellatur. Quò pertinet Bezoardicum minerale, Mercurius vitæ, & alia nonnulla, in Inſtitutionibus tradita. *Præcipitata.*

Aphor. 4.

Vitrum ex calcibus rerum paratur ſicinis, aut calx validiſſimo igne fundatur, addaturque, ad fuſionem maturandam nonnunquam Borrax, vel alii pulveres fuſarii. *Vitra.*

Fuſa

Fuſa materia ſuper pelvim calefactam, vel aliam tabulam effunditur. Sic parantur vitrum & ſuccinum Antimonii: ex quibus calices, annuli, & nummi purgatorii fieri poſſunt, ſi fundo calicis, vel annulo aut auro inſerantur: De vitro aurato & Regulo Antimonii vide Inſtitutiones.

Ad pulveres & calces chymicas *Antimonium fixum ſeu diaphoreticum*, *tartariſatum*, *& panacea antimonii*, item *lac ſulphuris* referri poſſunt, quorum præparatio ex inſtitutionibus petenda eſt.

Aphor. 5.

Fecula. *Fecula* eſt pulvis quidam farinaceus, inſtar amyli, & fit ex ſucco radicum quarundam expreſſo, vel cum liquore extracto, qui ſi in locum frigidum collocetur, Fecula ſponte ſubſidet, quæ effuſo humore ſupernatante in umbrâ ſiccatur. In uſu præcipuè ſunt Fecula Brigoniæ, Ari, Pæoniæ, Iridis, Serpentariæ.

Aphor. 6.

Confecta ſeu condita. *Confecta* Pharmacopæis ſunt condita arida, ob ſaporis gratiam inventa, & ſunt

ſunt vel alterantia vel purgantia:

I. *Alterantia* parantur, ſi ſemina, (præparata, ubi opus:) nuclei decorticati, aromata, radices & cortices, prius, ſi amariores ſint, aquâ macerati, in umbrâ ſiccantur, atque in pelvi cupreâ, ipſis ſaccharum liquatum, in conſiſtentiam ſirupi guttatim affunditur, pulvis quæ ſuper carbones continuo agitatur & variè ſuccutitur, ita cruſtâ quaſi ex ſaccharo, medicamenta inducuntur. Radices tamen & cortices aliter etiam conficiuntur, ſi ſcilicet poſt perfectam cum ſaccharo coctionem aeri exponantur, ut extima ſuperficies arefiat.

II. *Confecta ſeu condita purgantia* dupliciter præparantur. 1. Si ſaccharo affuſo, antequam refrigeretur, purgantia inſpergantur, & ſimul agitentur, at cum ſaccharo medicamentis adhæreant. 2. Si ſemina vel cortices in infuſo purgante macerentur, donec intumeſcant, & leniter exſiccata ſaccharo incruſtentur. Sic paratur Aniſum laxativum.

Aphor.

Aphor. 7.

Rotulæ. *Rotulæ*, à figura rotunda ſic dicta, ſunt vel alterantes vel purgantes:

I. *Alterantes* tripliciter præparantur 1. Si ad ſingulas uncias ſacchari, in aquæ convenientis ſufficiente quantitate diſſoluti, atq; ad iuſtam conſiſtentiam decocti, pulverum vel ſpecierum plerunque ſingulæ Drachmæ paulatim injectæ accuratè miſcentur, & in lapidem Porphyriten, aut tabulã cupream, vel ligneam, guttatim quaſi effunduntur 2. Dum loco ſpecierum extracta ſumũtur à gr. v. ad x. vel oleor. deſtillat. gutt. ij. ad vj. pro unc. j. ſacchari. 3. Interdum ſpeciebus, extractis, & oleis ſimul ſumptis.

II. *Ruotulæ purgantes* ſeu Manus Chriſti fiunt, ſi ad ſingulas libras ſacchari, ſingulę unciæ reſinæ ſcammonii pręparatæ aſſumũtur, vel Fecula Mechoazæ loco reſinæ in triplo, vel quadruplo admiſcetur; & inde rotulæ conficiuntur, quarum aliquot pro ratione ætatis & virium exhibentur.

Aphor.

Aphor. 8.

Morſuli ſunt vel alterantes, vel purgantes, vel nutritivi: *Morſuli.*

I. *Alterantes* Morſuli ferè ut Rotulæ fiunt, in ſpecie triplici modo 1. Ex pulveribus craſſiori modo contritis, quibus fructus, ſemina nonnulla majora, conſervæ, condita, quæ in Rotulas planè non, aut minore quantitate recipiuntur, adduntur, proportione ad ſaccharum octupla, interdum duodecupla. Effunduntur in tabulam cupream, vel capſam ligneam; & in fruſta ſecantur. 2. Nonnunquam fructus non in ſubſtantia ſumuntur, ſed in illorum emulſione cum aquâ convenientе factâ ſaccharum diſſolvitur, & ſpecierum aliquid additur. 3. Interdum extracta & olea deſtillata miſceri poſſunt, vel morſuli jam facti oleis, ut & Moſcho & Ambra in aqua roſarum diſſolutis illini.

II. *Morſuli* purgantes fiunt 1. Ex purgantibus ſimplicibus, vel compoſitis, pulveriſatis, quæ ſacchari triplo aut

aut quadruplo, in conveniente liquore diſſoluti excipiuntur, vel Manna cum ſaccharo ſumitur. 2. Ex extractis, quibus interdum aliquid pulverum purgantium jungitur; his adduntur pulveres aromatici, aut eorum extracta, & cum ſaccharo & Manna, proportione dupla vel tripla miſcentur.

III. *Morſu'i nutritivi* parantur, quando ſpeciebus pulpa caponis, perdicis, teſticuli gallorum, cancrorum & teſtudinum caro junguntur, ut ſimul nutriant eos, qui nullo cibo uti poſſunt.

Aphor. 9.

Pandaleon. *Pandaleon*, materia & fine cum eclegmatis, formâ cum tabulis ferè conveniens eſt niſi quod informe maneat. Recipiuntur ſpecies, vel pulveres, interdum & fructus, ſemina, conſervæ, & cum ſaccharo in aqua conveniente diſſoluto coquuntur, vel miſcentur, & in pyxide plerunque ignea condenſari permittuntur, ac tempore uſus fruſtum aliquod tultello exemplum, in ore, donec liqueſcat detinetur.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 10.

Turiones, quaſi torrones à torrendo dicti, Gallis in frequentiori uſu ſunt, parantur ex amygdalis dulcibus, & avellanis, vel etiam pineis contuſis, vel torrefactis & melle deſpumato exceptis,

Turiones

Aphor. 11.

Confectiones reſtaurantes à baſi plerunq; nominantur, variæ ſunt, ut:

Confectiones reſtaurantes.

I. *Diamygdalatum*, ſeu Marci panis, quod *vulgò* componitur ex amygdalis dulcibus excorticatis ſaccharo & aquâ roſarum: *Ad uſum Medicum* in Atrophia & pulmonum affectibus, fructus, ſemina, condita, aromata, ſpecies, nonnunquã pulpâ caponis & perdicis addi poſſunt, & cum ſacchari duplo, vel æquali pondere, affuſâ ſenſim aquâ roſarum, cinamomi, contunduntur, ſuper lentum ignem continuâ agitatione ſubiguntur, & inde formatæ placentæ in furno, vel vaſe cupreo, coquuntur, & foliis auri hinc inde exornantur. *Purgans etiam Marcipanis fieri* poteſt: Ex. gr. Rec. amygdal. dulc. excortic. unc. iß.

R pulv.

aut quadruplo, in conveniente liquore diſſoluti excipiuntur, vel Manna cum ſaccharo ſumitur. 2. Ex extractis, quibus interdum aliquid pulverum purgantium jungitur; his adduntur pulveres aromatici, aut eorum extracta, & eum ſaccharo & Manna, proportione dupla vel tripla miſcentur.

III. *Morſu'i nutritivi* parantur, quando ſpeciebus pulpa caponis, perdicis, teſticuli gallorum, cancrorum & teſtudinum caro junguntur, ut ſimul nutriant eos, qui nullo cibo uti poſſunt.

Aphor. 9.

Pandaleon. *Pandaleon*, materia & fine cum eclegmatis, formâ cum tabulis ferè conveniens eſt niſi quod informe maneat Recipiuntur ſpecies, vel pulveres, interdum & fructus, ſemina, conſervæ, & cum ſaccharo in aqua conveniente diſſoluto coquuntur, vel miſcentur, & in pyxide plerunque ignea condenſari permittuntur, ac tempore uſus fruſtum aliquod tultello exemplum, in ore, donec liqueſcat detinetur.

Aph

Aphor. 10.

Turiones, quaſi torrones à torrendo dicti, Gallis in frequentiori uſu ſunt, parantur ex amygdalis dulcibus, & avellanis, vel etiam pineis contuſis, vel torrefactis & melle deſpumato exceptis, *Turiones*

Aphor. 11.

Confectiones reſtaurantes à baſi plerunq; nominantur, variæ ſunt, ut: *Confectiones reſtaurantes.*

I. *Diamygdalatum*, ſeu Marci panis, quod *vulgò* componitur ex amygdalis dulcibus excorticatis ſaccharo & aquâ roſarum: *Ad uſum Medicum* in Atrophia & pulmonum affectibus, fructus, ſemina, condita, aromata, ſpecies, nonnunquā pulpâ caponis & perdicis addi poſſunt, & cum ſacchari duplo, vel æquali pondere, affuſâ ſenſim aquâ roſarum, cinamomi, contunduntur, ſuper lentum ignem continuâ agitatione ſubguntur, & inde formatæ placentæ in furno, vel vaſe cupreo, coquuntur, & foliis auri hinc inde exornantur. *Purgans etiam Marcipanis fieri* poteſt: Ex. gr. Rec. amygdal. dulc. excortic. unc. iß.

R pulv.

aut quadruplo, in conveniente liquor diſſoluti excipiuntur, vel Manna cu ſaccharo ſumitur. 2. Ex extractis, qui bus interdum aliquid pulverum pur gantium jungitur; his adduntur pulve res aromatici, aut eorum extracta, & eum ſaccharo & Manna, proportion dupla vel tripla miſcentur.

III. *Morſu'i nutritivi* parantur quando ſpeciebus pulpa caponis, perdi cis, teſticuli gallorum, cancrorum & teſtudinum caro junguntur, ut ſimu nutriant eos, qui nullo cibo uti poſ ſunt.

Aphor. 9.

Panda-leon. *Pandaleon*, materia & fine cum ecle gmatis, formâ cum tabulis ferè conve niens eſt niſi quod informe maneat Recipiuntur ſpecies, vel pulveres, in terdum & fructus, ſemina, conſervæ, & cum ſaccharo in aqua conveniente diſ ſoluto coquuntur, vel miſcentur, & i pyxide plerunque ignea condenſari per mittuntur, ac tempore uſus fruſtum a liquod tultello exemplum, in ore, donec liqueſcat de-tinetur.

Aph

Digitized by Google

Aphor. 10.

Turiones, quaſi torrones à torrendo dicti, Gallis in frequentiori uſu ſunt, parantur ex amygdalis dulcibus, & avellanis, vel etiam pineis contuſis, vel torrefactis & melle deſpumato exceptis, *Turiones*

Aphor. 11.

Confectiones reſtaurantes à baſi plerunq; nominantur, variæ ſunt, ut: *Confectiones reſtaurantes.*

I. *Diamygdalatum*, ſeu Marci panis, quod *vulgò* componitur ex amygdalis dulcibus excorticatis ſaccharo & aquâ roſarum: *Ad uſum Medicum* in Atrophia & pulmonum affectibus, fructus, ſemina, condita, aromata, ſpecies, nonnunquã pulpâ caponis & perdicis addi poſſunt, & cum ſacchari duplo, vel æquali pondere, affuſâ ſenſim aquâ roſarum, cinamomi, contunduntur, ſuper lentum ignem continuâ agitatione ſubiguntur, & inde formatæ placentæ in furno, vel vaſe cupreo, coquuntur, & foliis auri hinc inde exornantur. *Purgans etiam Marcipanis fieri* poteſt: Ex. gr. Rec. amygdal. dulc. excortic. unc. iß.

R pulv.

aut quadruplo, in conveniente liquore diſſoluti excipiuntur, vel Manna cum ſaccharo ſumitur. 2. Ex extractis, quibus interdum aliquid pulverum purgantium jungitur; his adduntur pulveres aromatici, aut eorum extracta, & cum ſaccharo & Manna, proportione dupla vel tripla miſcentur.

III. *Morſuli nutritivi* parantur, quando ſpeciebus pulpa caponis, perdicis, teſticuli gallorum, cancrorum & teſtudinum caro junguntur, ut ſimul nutriant eos, qui nullo cibo uti poſſunt.

Aphor. 9.

Pandaleon. *Pandaleon*, materia & fine cum eclegmatis, formâ cum tabulis ferè conveniens eſt niſi quod informe maneat. Recipiuntur ſpecies, vel pulveres, interdum & fructus, ſemina, conſervæ, & cum ſaccharo in aqua conveniente diſſoluto coquuntur, vel miſcentur, & in pyxide plerunque ignea condenſari permittuntur, ac tempore uſus fruſtum aliquod tultello exemplum, in ore, donec liqueſcat detinetur.

Aph.

Digitized by Google

Aphor. 10.

Turiones, quaſi torrones à torrendo dicti, Gallis in frequentiori uſu ſunt, parantur ex amygdalis dulcibus, & avellanis, vel etiam pineis contuſis, vel torrefactis & melle deſpumato exceptis, *Turiones*

Aphor. 11.

Confectiones reſtaurantes à baſi plerunq; nominantur, variæ ſunt, ut: *Confectiones reſtaurantes.*

I. *Diamygdalatum*, ſeu Marci panis, quod *vulgò* componitur ex amygdalis dulcibus excorticatis ſaccharo & aquâ roſarum: *Ad uſum Medicum* in Atrophia & pulmonum affectibus, fructus, ſemina, condita, aromata, ſpecies, nonnunquã pulpâ caponis & perdicis addi poſſunt, & cum ſacchari duplo, vel æquali pondere, affuſâ ſenſim aquâ roſarum, cinamomi, contunduntur, ſuper lentum ignem continuâ agitatione ſubiguntur, & inde formatæ placentæ in furno, vel vaſe cupreo, coquuntur, & foliis auri hinc inde exornantur. *Purgans etiam Marcipanis fieri* poteſt: Ex. gr. Rec. amygdal. dulc. excortic. unc. iß.

R pulv.

Aphor. 10.

Turiones, quaſi torrones à torrendo dicti, Gallis in frequentiori uſu ſunt, parantur ex amygdalis dulcibus, & avellanis, vel etiam pineis contuſis, vel torrefactis & melle deſpumato exceptis, *Turiones*

Aphor. 11.

Confectiones reſtaurantes à baſi plerunq; nominantur, variæ ſunt, ut: *Confectiones reſtaurantes.*

I. *Diamygdalatum*, ſeu Marci panis, quod *vulgò* componitur ex amygdalis dulcibus excorticatis ſaccharo & aquâ roſarum: *Ad uſum Medicum* in Atrophia & pulmonum affectibus, fructus, ſemina, condita, aromata, ſpecies, nonnunquā pulpâ caponis & perdicis addi poſſunt, & cum ſacchari duplo, vel æquali pondere, affuſâ ſenſim aquâ roſarum, cinamomi, contunduntur, ſuper lentum ignem continuâ agitatione ſubiguntur, & inde formatæ placentæ in furno, vel vaſe cupreo, coquuntur, & foliis auri hinc inde exornantur. *Purgans etiam Marcipanis fieri* poteſt : Ex. gr. Rec. amygdal. dulc. excortic. unc. iß.

R pulv.

pulv. mechoac. albiſſ. ℥iij Extr. ſcammonii gr. vj. ſacchar. albiſſ. unc. iß. F. maſſa cum aquâ centaurii, ex qua fingantur martij panes, num. ij. inter ſubigendum admiſc. aqu. cinamomi Drach. ß.

II. *Teſtudinatum*, eodem ferè modo, quo diagmydalatum præparatur, carne ſaltem teſtudinum additâ, in Phthiſi, Hectica, & Atrophia utile cui forma & uſu ſimile recentiores parant ex carne caponis, gallinæ, perdicis elixâ, in mortario marmores contuſâ & per ſetaceum tranſmiſſâ, atq; ex amygdalis dulcibus in aquâ roſarum maceratis, cum ſaccharo, & pauxillo amyli, omnibus ad juſtam conſiſtentiam coctis.

III. *Pineatum*, quod fit ex pinearum mundatarum & in aquâ per diem macceratarum unciis duabus vel tribus cum ſacchari in aqua, in primis roſaceâ, diſſoluti libra ſemis miſcendo, & in buccellas vel placentas poſtea efformatur ſuper chartam reponendo, additis interdum, antequam maſſa planè refrig-

ſc-

Digitized by Google

ſcat, moſchii aliquot granis, inque detergendis renibus & pulmonibus ac ſputo promovendo utile eſt.

IV. *Panis ſaccharatus*, vel *Biſcotus*, ex farina triticea, ſaccharo & ovis variâ proportione miſtis, additis interdũ medicamentis accommodatis, quæ in furno ſuper papyrum coquantur, poſteà in laminas tenuiſſimas ſecentur, & recoquantur.

Aphor. 12.

Holippæ purgantes *oblata laxativa*, *& melitomata* purgantia in Inſtitutionibus deſcripta ſunt. *Holippæ purgantes ad e.*

SECTIO VIGESIMA SECUNDA.

De medicamentis internis in formâ ſiccâ, in ſpecie de Trochiſcis & pilulis.

APHOR. I.

De Trochiſcis ſen paſtillis. Definitio

Trochiſci ſeu *paſtilli* ſunt medicamẽta ſolida, cohęrentia ex convenientibus cum liquore exceptis conſtantia,

 figurâ

figurâ ſeminis lupinorum, & ſuperficie plana, eo fine inventa, ut medicamenta pulveriſata ſub hâc ſolidâ figura adverſus aëris injurias tutius conſerventur. Circa Trochiſcos conſiderantur modus præparandi & uſus.

Aphor. 2.

Modus parandi.

Trochiſci ſeu *paſtilli* parantur ex omnis generis medicamentis non ſolum pulveribus & ſpeciebus, ſed etiam additis ſuccis inſpiſſatis, conſervis, extractis aut ſimilibus confectionibus, doſi a pulveres ſub quadrupla, floribus iter recentibus, eclegmatis, oleis deſtillatis quæ conveniente liquore, aut nucilagine aliqua excepta, in unam maſſam redguntur, quæ in plures deinde trochiſco dividitur, qui impreſſo plerunq; charactere in umbra exſiccantur. Ex. g Rec. nucis Moſchat. Drach. j. gum arabic. drach. ß. redigantur in pulverem & cum aqua roſarum fiant Trochiſci, caput roborantes & in catharro tenui utiles.

Aph

Aphor. 3.

Trochiſci ſeu paſtilli uſurpantur per *Vim* ſe vel cum aliis, miſti ac varios fines, vel intra vel extra corpus:

I. *Intra corpus* dantur vel ad purgandum vel ad alterandum: 1. *Ad purgandum* ut Troch. alhandal. de agarico. 2. *Ad alterandum* exhibiti vel obſtructiones aperiunt epatis & lienis, trochiſci de Rhabarbaro, de abſinth. de lac. de eupator. de roſis, de capparibus. Renum obſtructiones aperiunt Trochiſci de alkekengi. Menſes movent Troch. de Myrrha. Æſtum mitigant Troch. de camphora. Pectori & pulmonibus ſunt dicati Troch. Bechij, albi, nigri. cerebrum confortant Troch. galliæ moſchatæ. Fluxus & ſanguinem ſiſtunt, Troch. de ſpodio, de terra ſigillata, de berberis, de charabe.

II. *Extra applicati* vel affluentes humores reprimunt vel carnem noxiam abſumunt, ut Polyidæ & Andromii. Vel ſuffumigationibus inſerviunt, ut Troch de Benzoe.

Aphor. 4.

Pilulæ. earum Definitio

Pilulæ, à parvæ pilæ ſimilitudine καταπότια ſunt medicamenta in formam globulorum redacta, ut integra degluтiantur, & inſuavitas medicamenti minus guſtu percipiatur.

Aphor. 5.

Pilularũ Diviſio.

Pilulæ ſunt vel purgantes vel alterantes: in purgantibus ſpectantur parandi modus & uſus:

Pilulæ purgantes modus parandi.

I. *Parandi modus* vel inſervit ad uſum vel in rem præſentem: *pilulæ uſuales* ſunt, quando medicamenta convenientia & efficacia pulveriſata, in mortario miſcentur, cum humore nonnihil viſcido, & ſyrupo, vel Julebo, rarius melle, cujus beneficio & maſſa cohærere, & facultas medicamentorum facilè exſpiret, conſervari poſſit. Ad quod Aloë etiam ſolâ, quæ plerunq; in pilulis adhibetur, ſufficit, maſſaq; in cylindri formam (vulgò magdalias & magdaleones nominant) figuratur, & initio molliuſcula relinquitur, ut fermentetur, hinc poſt triduum oleo amygdalarum dulcium oblini-

oblinitur, & veſica, vel aluta tegitur ac in pixide ſervatur.

Pilulæ *in rem præſentem* quintupliciter parantur. 1. Rec. de maſſâ pilularum uſualium, unâ vel pluribus, quantum opus, cui ſtimuli loco aliquid diagrydii, vel trochiſcorũ al handal, vel alia purgantia adduntur, (ut omnia unam doſin conſtituant, & in mortario cum aquâ deſtillatâ, vino, vel alio liquore conveniente in unam maſſam miſceantur, & in pilulas x. ad xxx. plures, vel pauciores rediguntur. Ex. gr. Rec. maſſ. pil. Arabic. cochiar. an. Drach. ß. diagryd. gr. iij. F. pilulæ xxv. 2. Licet & extracta cum pilulis uſualibus, aut pulveribus miſcere. Ex. gr. Rec. mechoac. ſcrup. ß. maſſ. pil. Arabic. Drach. ß. F. pilulæ xx. 3. Ex extractis ſolis paulum inſpiſſatis, vel, quod commodius, additis ſpeciebus purgantibus parantur. Ex. gr. Rec. Extr. mechoac. ſcrup. j. ſpec. Diaturbith. cum rhabar. ſcrup. ß. F. pil. xx. aſpergendæ pulvere cinamomi. 4. Ex Maſ. vel ſpecieb. pilul. uſualiũ extracta parari, & ex iis pil. confici poſſunt

R 4 Atq;

Digitized by Google

Atque ex his omnibus correctionis gratia gutta una vel altera oleorum deſtillatorum, ut & ſpiritus ſulphuris, nitri & vitrioli, addi poteſt. 5. Simplicia ſive alterantia ſive purgantia, per biduum macerentur in vino, vel alio liquore, aut ſucco aliquo, vel decoquuntur, exprimuntur, iterumq; ſi libet, recentia de novo infunduntur aut decoquuntur, poſtea exprimuntur; liquori expreſſo & colato ſpecies & pulveres purgantes adduntur aut alterantes, extracta vel compoſitiones officinales, quæ pulveriſari poſſunt; quantitate ad liquorem ſub octupla, aut circiter, quibus olea deſtillata ad guttas aliquot pro mole maſſæ affundi poſſunt. Omnia poſtea ſuper cineribus calidis, vel in hypocauſto, frequenter agitando ſiccantur, donec in maſſam coeant. Si libet maſſa ſiccata iterum, & tertiò eodem liquore imbibi & ſiccari poteſt, quæ ſi in longum tempus aſſervanda, neceſſario aloë, vel in decocto, aut infuſo, vel quod rectius, in forma extracti vel pulveris adjicienda, quæ à corruption

pra

præſervat. Exem. gr. Rec. Agaric. troch. Drach. ij. turbith. drach. j. ſalis gemmæ, Zingib. an. ſcrup. j. macerentur omnia in vino albo, dein leviter ebulliant ſuper igne lento. Poſtea fiat fortis expreſſio; cui adde hier. diacolocynth. Drach. iij. pieræ ſ. ſcrup. iiij. F. maſſa, ex cujus Drachma una pro doſi, pilulæ, quotlibet, formantur. Hoc modo parantur pilulæ Angelicæ dictæ, quarum deſcriptiones vide in Inſtitut.

II. *Modus uſurpandi pilulas* purgantes ita inſtituitur: ut ſine nauſea ſumuntur, pulveribus aromaticis, vel glizyrrhizæ conſperguntur, aut deaurantur, vel cum ſirupo aliquo, aut pulpâ prunorum, vel pomi aſſi, quæ tamen facilè flatus parit, aut nebulæ panis involutæ, vel quod ſatis commodum, in pulte è cereviſia & pane aſſumuntur; minus verò rectè folliculo prunorum, vel uvarum paſſarum includuntur. *Vſurpãdi.*

Aphor. 6.

Pilulæ alterantes ſunt vel Hypoglottides, vel Narcoticæ. *Pilulæ alterantes.*

I. *Hypoglottides* reſpiciunt modum parandi & uſum. 1. *Modus parandi* fit vel ex decocto: *ex ſimplicibus*, quæ recipiuntur ad unciam uncam ſemis, plus minus, teruntur, & cum liquore convenienti, ut mucilagine, Tragacanthæ, ſeminum cydoniorum, pſyllii, ſapâ, melle, vel ſyrupo excipiuntur, & in pilulas rediguntur. Ex decocto convenienti parantur, quando colaturæ tragacanthæ ſub octuplum, ſacchari & penidiorum pondus æquale ad decoctum, inprimis in morbis pectoris, additur. 2. Uſus eſt vel ad morbos pectoris & tuſſim ut Becchiæ. Vel ad præſervationem ab aëre peſtilenti. Vel ad oris fætorem, ut & aëris externi, ex odoratis cum mucilagine tragacanthæ.

II. *Pilulæ narcotica*, quæ ad fluxiones ſiſtendas, vigilias ſopiendas, dolores mitigandos, & ſanguinis fluxus quoscunque cohibendos, aliquando parantur, ut pilulæ de cynogloſſa ad dolores mitigandos & tenues catarrhos ſiſtendos.

SECTIO

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

Docens præparationem medicamentorum externorum, quæ in inteſtina, uterum, veſicam & penem injiciuntur. comprehenduntur itaq; hâc ſectione in ſpecie glandes, clyſteres, peſſi.

APHOR. I.

IN *inteſtina* injiciuntur per anũ Glandes & clyſteres: in uterum clyſteres uterini & peſſi injiciuntur; de ſingulis his in ſequentibus aphoriſmis. *Diviſio medicamentorũ, quæ extrinſecus injiciuntur in inteſtina & uterum.*

Aphor. 2.

Glandes, βάλανοι, vulgò ſuppoſitoria, ſunt medicamenta ſolida, quæ ano immittũtur figura tereti, inſtar candelę cereæ, quatuor vel quinque digitos tranſverſos longa, & adhibentur ad ulcus in inteſtino recto detergendum, conſolidandum & exſiccandum ad dolorem ſedandum. Ad humores verſus ſuperiora ruentes retrahendos. Ad aſcarides necandas. Denique ad alvum laxandam frequenter, & expultricem ſtimulandã *Glandes, ſuppoſitoria.*

Digitized by Google

adhibentur. Circa ſuppoſitoria autem tria conſideranda ſunt, nempè differentiæ, modus parandi, & uſus.

I. *Iuxta differentias* quędam ſuppoſitoria lenia, quædam mediocria, aliqua fortiora, alia fortiſſima ſunt: 1. *Lenia* ſunt ſuppoſitoria quæ infantibus ſufficiunt, & ex lardo, ficu inverſa, ſevo hircino, bubulo, caulibus & radicibus betæ, braſſicæ, Bliti, Mercurialis fiunt. 2. *Mediocria* parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſtercore muris non nunquam addito, ex vitello ovi, ſale, & modico croci, melle, & ſapone albo. 3. *Fortiora* ex melle, ſale, & ſpecierum purgantium pulvere, hieræ ſimplicis, hieræ cum agarico, hiera logadii, aloë, parantur 4. *Fortiſſima* cum ſpeciebus ad ſuppoſitoria paranda convenientibus, pulvere elebori albi, euphorbii, ſcammonii, turbith, colocyntidis, ſale indo, am̃oniaco, nitro, felle taurino parantur.

II. *Modus ſuppoſitoria* parandi ſequens eſt. Mel coquitur ad eam ſpiſſitudinem, ut digitis tractari poſſit, cui aſperguntur alia, quibus opus, ut ſalis communis Drachma

ſemis

ſemis vel una, gemmæ ſcrupulus unus, ſpecierum purgantium mitiorũ drachma una, fortiorum ſcrupulus ſemis, ſuccorum ſcrupulus ſemis vel unus, ſalium acrium grana ſex, vel ſcrupulus unus pro uncia una mellis hinc ex maſſa cylindri digiti minimi craſſitie formantur, & oleo ſeu butyro recenti illinuntur.

III. *Uſus locum* habet ſi æger debilior ſit, aut ejus ætas, vel conſuetudo facilius glandes, quàm clyſteres ferat, ad viam clyſteri aperiendam, vel ejus actionem promovendam, vel cum ob temporis brevitatem clyſterem parare non licet, & fortiſſimis tum ſolùm utimur, cum facultas ſapita eſt, & à diſtantioribus locis retrahere conamur. Si tamen quis in ano habeat ulcera, fiſſuras, inflammationes, atque alios tumores, vel ipſius hæmorrhoides doleant, minus commodè ipſi applicantur.

Aphor. 3.

Clyſter, enema plerunque accipitur pro medicamento, quod per anum in inteſtina inſtrumento idoneo injicitur, *Clyſteres ad alvum*

 tur,

tur, cujus conſiderantur parandi modus & differentiæ.

I. *Parandi modus* generalis ſequens eſt. Componuntur clyſteres è radicum & corticum ℥j vel ij. folio. M. iiij. vel v. ſeminum ʒiiij. vel v. florum pugillis aliquot, fructuum par. x. quâ tamen varietate non ſemper opus, ſed ſæpe pauca ſimplicia ſufficiunt. Simplicia omnia coquuntur in ſ.q. aquæ, colaturæ Rec. ℥iij. pro infante, paululum adultiori ad ℥.vj. Adulto plerumque ℔ 1. interdum ℥xv. ſed ubi clyſter diutius retinendus ℥.iiij. vel x. ſufficiunt. His poſtea alia ex intentione medici adduntur.

II. *Juxta differentias* clyſteres alvum laxant, alii abſtergunt, flatus diſcutiunt, adſtringunt alij, glutinant, dolores renum & inteſtinorum ſedant: 1. *Alvum laxant* vel emolliendo vel purgando: Emolliendo, qui clyſteres fiunt ex emollientibus, additis poſteà colaturæ oleis emollientibus, ab uncia una ad duas aut tres, vel butyro; purgando operantur enemata, quando purgantia medicamenta adjiciuntur, ut agaricus, colocynthis, ſemen carthami, petiâ illigatâ

gatâ, folia ſenæ vel electuaria compoſita, duplo pondere, quo alias per os ſumi ſolent, vel pilulæ & ſal à ſcrupulo uno ad drachmam unam, abſtergentia etjam, ut mel roſaceum, vel saccharum uncia una ſemis. Olea verò in his planè omittenda ſunt, ne purgantium vim obtundant. 2. *abſtergunt* & fiunt ex hordeo, mercuriali, parietaria, abſynthio, agrimonia, centaurio minori, piſis, ciceribus, lupinis, furfuribus, melle roſaceo, hiera. 3. *Flatus diſcutiunt*, & componuntur ex chamæmelo, ruta, origano, calamintha, anetho, baccis lauri, ſemine rutæ, aniſi, cumini, carvi, oleo rutaceo, laurino anathino, chamæmalino, electuario de baccis lauri. 4. *Adſtringunt & parantur* è polygono, plantagine, roſis rubris, equiſeto, myrto, balauſtiis, nuce cupreſſi, gallis, acacia, cydoniis, berberis, cupulis glandium, ſemine aceroſæ, portulacæ, ſanguine draconis. 5. *Glutinant*, fiuntque è ſanguine draconis, thure, myrrha, ſarcocolla, terra ſigillata, bolo armeno. 6. *Dolores renum & inteſtinorum ſedant* & fiunt ex anodynis.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor. 4.

Clyſteres uterini.

Clyſteres uterini per μητρεγχύτην injiciuntur, quorum conſiderandus eſt parandi modus & uſus:

I. *Parandi modus* talis eſt: Simplicium convenientium debita quantitas decoquitur, decoctique aut ejus loco aquæ deſtillatæ unciæ tres vel quatuor adduntur, oleorum unciæ duæ vel tres. Pulvereſque ad Drachmas tres, & miſtorum, utero unciæ tres injiciuntur.

II. *Uſus*; *adhibentur* vel ob uteri inflammationes, exulcerationes, dolores vel flatus, aut menſes ſuppreſſos, aut nimium fluentes, vel uteri prolapſum, vel alias cauſas.

Aphor. 5.

Peſſi.

Peſſorum conſiderandus eſt modus & uſus:

I. *Parandi modus* quadruplex eſt; 1. *Goſſypium* vel lana carpta & benè carminata, atque ad digiti figuram contorta, ſucco & liquore aliquo, vel ſolo, vel admiſtis pulveribus ad unciam unam ferè imbuitur, & genitalibus mulierum partibus induitur. 2. *Medicamenta* trita convenientibus liquioribus, ut oleo, adipe,

Digitized by Google

adipe, cera, ladano, galbano, ſtyrace, melle excipiuntur, & in pila ſubiguntur, ac in figuram peſſi formantur, quibus filum allegatur, & nonnunquam ſindone, vel tenui ſerico obducuntur. 3. *Herbæ virides* paulum contunduntur, filoque in formam peſſi vinciuntur. Sic ex Mercuriali recenti parum contuſa, & in figuram peſſi conglobata, filoque obducta, peſſarium fieri poteſt. 4. *Si pulveres* ſaltem tenui lanâ vel Goſſypio excepti, tereti ſacculo ex panno raro confecto indantur, qui etiam argenteo inſtrumento tereti, & multis foraminulis pervio, includi poſſunt.

II. *Uſus* Peſſi, cum clyſteribus uterinis idem ferè eſt, & in uteri ſtrangulatu Peſſi citius operantur, quàm medicamenta per os data. Adhibentur autem ferè ſub tempus ſomni, & horis ſex vel ſeptem in utero detinentur. Sed in virginibus non commodum eſt.

Aphor. 6.

Quæ in veſicam injiciuntur.

Quæ veſicæ injiciuntur vel eam ulcere laborantem conſolidant, vel calculum in ea hærentem frangunt, vel orificium ejus à muco lento adhærente, & viam

viam urinæ præcludente eluunt, & parantur ex attenuantibus & incidentibus, ut hydromelite, ſero lactis, decocto uvarum paſſarum & caricarum, melle, vel ſirupis convenientibus, & per ſiphonem ſaltem, vel cathetere ad viam aperiendam præmiſſo, injiciuntur.

Aphor. 7.

Quæ in penem injiciuntur. *Quæ in penem* injiciuntur vel fluida vel conſiſtentia ſunt;

I. *Fluida*, quando internus meatus exulceratus eſt, & parantur ex abſtergentibus & conſolidantibus. Quando meatus læſus à calculo dolet & tum injicienda ex anodynis, ut lacte recens mulcto, & calente, in quo etiam ſemen fæni Græci & camæmelum coquitur, vel ex ſeminum quatuor frigidorum majorum & papaveris emulſionibus, parantur. Denique quando meatus internus excreſcentiis carneis obſidetur, tum injicienda parantur ex abſumentibus carnem & de hinc conſolidantibus.

II. Quæ in penem injiciuntur medicamenta *conſiſtentia* vel unguenta vel emplaſtra ſunt: 1. Unguenta, quando candela

candela cerea, cui aliquid terebinthinæ addi poteſt, craſſitie & longitudine meatui huic reſpondens, conveniente unguento illinitur & immittitur. Videndum tamen ut candela ita præparetur & tamdiu hæreat ne calore penis liqueſcat. 2. Emplaſtrum, quod candelæ cereæ vel virgulæ plumbeæ induci poteſt.

SECTIO VIGESIMA QUARTA

Exhibens præparationem medicamentorum externorum, quibusdam partibus adhibendarum, in ſpecie comprehendit ſolutiones oris, gargariſmata, apophlegmatiſmos, dentifricia errhina, odoramenta, ſuffitus.

APHOR. I.

Collutiones oris.

COllutiones oris ſeu διακλύσματα, ſunt medicamenta fluida, quæ in ore detinentur, & ſine deglutione, linguæ beneficio hinc inde agitantur; doloribus dentium, & gingivarum affectibus inprimis deſtinata.

Aphor.

Digitized by Google

Aphor.2.

Garga-riſmata. *Gargariſmata* ſunt medicamenta fluida, quibus fauces ſine deglutitione colluuntur, humorque ore contentus reciproco motu ad fauces agitatur, quorum conſideratur parandi modus & uſus.

I. *Parandi modus* ſequens eſt: Gargariſmata fiunt ex aquis deſtillatis, vel decoctis convenientibus, nec ſapore nec odore ingratis, aut venenoſitatem aliquam foventibus, in quibus Rob, vel ſirupi diſſolvuuntur, in libra una ſcilicet aquarum, vel decocti, ſirupi unciæ duæ ad quatuor, additis interdum ſpeciebus aromaticis, & omnia tepidè adhibentur. Ex.gr. Rec. aquarum prunellæ uncias quatuor, acetoſæ, roſarum an. unc. ij. diamori unc. iß. Nitri præparati drach. ß. M. pro collutione oris, in inflammatione faucium & æſtu.

II. *Gargariſmorum* uſus eſt varius: alij enim repellentes, alij diſcutientes, alij maturantes, alij abſtergentes, alij conſolidantes ſunt.

Aphor.3.

Apophle-gmatiſmi. *Apophlegmatiſmi* ſunt medicamenta,

Digitized by Google

ta, quæ ore detenta pituitam è capite & vicinis locis proliciunt, parantur:

I. *Eodem* modo quo gargariſmata.

II. *Si medicamenta* terantur, & cum liquore conveniente in formam electuarij redigantur, quo palatum injungitur; Ex.gr. Rec. pulveris macis, caryophyllorum, ſynapi, pyrethri, zingiberis an. ſcrup. ß. mellis unc. ß m.

III. *Maſticatoria* partim pituitam calore ſuo liquatam elicientia, partim vi ſuâ expultricem ad expulſionem ſtimulantia, iterum tribus modis parantur. 1. *Simplicia* integra, vel nonnihil conciſa, ore detenta maſticantur, ut uvæ paſſæ, pyrethrum, & ſimilia vel ex pluribus compoſita. Ex.gr. Maſtiches drach. ij. radicum pyrethri, ſeminis ſtaphidis agriæ an. drach. ß, uvarum paſſarum drach. ij. conciſa concidantur & maſticentur. 2. *Eadem* medicamenta trita, cum mellis, vel ceræ ſufficiente quantitate in trochiſcas ſcrupuli unius pondere formantur, inſtar lupinorum. Ex.gr. Rec. piperis albi, pyrethri, zingiberis, cubebarum an. drach. j. Trita excipiantur maſtige & paſtilli manſiles formen-

formentur. 3. *Eadem* medicamenta trita & linteo forti excepta, in nodulum conformantur, qui dentibus maſticatur.

Aphor. 4.

Denti-fricia.

Dentifricia ὀδοντοτρίμματα, inprimis ad dealbandos, extergendos, & ſtabiliendos dentes, gingivaſque laxas comprimendos parãtur 1. *Fluida*, quando liquoribus convenientibus abluuntur, aut goſſypio, vel panno lineo, apto liquore imbuto dentes fricantur. 2. *formâ* linimenti, ſi pulveres melle, oxymelite ſimplici, ſcillitico, melle roſato, vel ſirupo roſarum excipiantur. 3. *In forma* pulveris dentibus affricandi. 4. *Trochiſcorum*, quando penicillis inſtar ſuppoſitoriorum, exſiccatis & induratis dentes fricantur.

Aphor. 5.

Errhina.

Errhina ſunt medicamenta, quæ intra nares adhibentur, quorum ſpectatur uſus & materia.

I. *Uſus varius* eſt vel ad excrementa è cerebro evacuanda, ſternutationemque movendam, quod, quæ faciunt, in ſpecie ptarmica nominantur; vel ad mea-

Digitized by Google

meatuum obſtructionem aperiendam; vel ad exulcerationem ſanandam. Vel ad ſanguinem ſiſtendum.

II. *Errhinorum* materia forma ſua vel humida vel arida eſt.

Humida quæ naribus vel infunditur vel illinitur: infunduntur 1. Soli ſucci expreſſi & depurati: Ex.gr. R. ſucci betæ, majoranæ an. unc. j. rutæ unc. ß. M. 2. *Aquæ deſtillatæ*, ſuccis depuratis additæ, vinum, oleum, mel, pondere ſubduplo, vel ſub quadruplo, aut etiam pulverum convenientium drach. j. Ex.gr. R. ſucci majoranæ, betæ an. unc. jß. nigellæ ſcrup. j. piperis albi ſcrup. ß. M. 3. Parata decocta, quæ cum mellis ſubduplo vel ſubquadruplo miſta, naribus infunduntur. Ex,gr. R. hordei, agrimoniæ, an. manip. ß. coque, colaturæ R. libram. ß. adde mellis roſati colati unc. jß. vini unc. ß. M. ad detergendum. *Quæ naribus illinuntur* ſunt 1. *Ex oleis* pulveribuſque parata. Ex gr. Rec. ſeminis nigellæ, piperis albi, myrrhæ an. ſcrup. ij. radicum cucumeris ſylveſtris ſcrup. ß. Trita excipiantur oleo irino. Fiat linimentum. Quo & balſama pertinent quæ naribus illi-

illinuntur. 2. *Turundæ* forma naribus indita. Ex.gr. R. boli Armeni, ſanguinis draconis, an. drach. j. roſarum rubrarũ, balauſtiorum an. ſcrup. j. pulveriſata cum albumine ovi miſceantur, & pili leporis tenuiores immergantur; fiatque veluti turunda, quæ filo alligata naribus immittatur.

Arida quæ naribus inſperguntur fiunt 1. Ex radicibus vel caulibus convenientibus, ut betæ, ireos, cyclamini, quæ in formam pyramidalem figuratæ, & aqua majoranæ, vel alia macerata vel oleo imbuta naribus, filo prius appenſo, induntur. 2. Dum ſimplicium tenuis pulvis inſufflatur, vel è pixide naribus admota attrahitur, quæ in ſpecie ptarmica appellantur. 3. *Si* turundæ ex lana vel petia linea factæ, & ſucco vel aqua conveniente, ut majoranæ imbutæ, iidem pulveres inſpergantur, naribuſque immittatur. 4. Dum errhina pulveriſata, cum mucilagine, vel gummi, aut terebinthina, vel oleo & cera, in peſſulos pyramidales formantur, ea magnitudine, ut naribus indi poſſint. Ex.gr. Rec. hellebori albi, piperis albi, majoranæ, nigel-

Digitized by Google

nigellæ, an. ſcrup. j. Cariophyllorum, cinamomi an. ſcrup. ß. Moſchij grana ij. cum gummi arabico in aqua majoranæ ſoluto, aut tragacantha, vel cera ut terebinthina. Fiant Naſalia.

Aphor. 6.

Odoramenta etiam naribus ſuſcipiuntur, circa quæ tria conſideranda ſunt, materia nempe, parandi modus & uſus: *Odoramenta.*

I. *Odoramentorum* materiæ ſunt omnia, quæ ſuavem odorem de ſe ſpirant, ut moſchus, ambra, cibetum, bentzoe, ſtyrax liquidus, ladanum, thus, myrrha, lignum aloës, roſmarinus, lavendula, majorana, ſpica, ocymum, ſtœchas arabica, macis, caryophylli, cinamomum, grana juniperi, gallia moſchata, camphora: & frigida, roſæ, violæ, flores nympheæ, ſantali.

II. *Modus parandi* varius eſt, parantur enim medicamenta 1. *in formâ* pulveris, dum vel in pixide lignea, vel in nodulum ex ſerico incluſa, naribus ſæpius admoventur. Ex. gr. Rec. ladani optimi Drach. ij. nigellæ tritæ Drach. j. caryophyllorum, roſarum rubrarum an. ſcrup. ß. Ambræ, moſchi an. grana ij. F.

S pulvis

pulvis qui ligetur in ſacculo. 2. *in formâ* pomi dum eadem odorata in pulverem redacta ladano, cera, ſtyrace liquido, terebinthina, in unam maſſam pilo calido, affundendo aquam roſarum, rediguntur, è qua globus formatur, vulgò poma ambræ vocant. 3. *in forma* linimenti, quæ balſama hodie dicuntur, & parantur ex oleis deſtillatis, uno vel pluribus, quorum vis moſcho, ambra, cibeto intenditur, quæ excipiuntur corpore quodam conſiſtentiam tribuente, ubi rectiſſimè ſumitur vel extractum plantæ, vel oleum nucis moſchatæ expreſſum, à quo ferè omnis odor, color & ſapor ſpiritu vini extractus ſit, vel extractum & oleum nucis moſchatæ ſimul. Miſturæ huic color balſamo quadrans vel ex ſucco, vel tinctura medicamenti conciliatur. 4. *in formâ* aquæ odoratæ, quâ vel veſtes conſpergi, vel nares, manus, & aliæ corporis partes illini ſolent, vel in vaſe conveniente carbonibus impoſitæ in vaporem odoratum reſolvuntur.

III. *Uſus odoramentorum* imprimis eſt ad cerebrum alterandum, ſpirituſque

que recreandos, & ad gravem odorem, ac peſtilentem auram depellendam, imò ad purgandum, qualiter poma purgantia manu tantum geſtata in inſtitutionibus deſcribuntur.

Aphor. 7.

Suffitus ad odoramenta pertinent, quorum conſideratur parandi modus & uſus: *Suffitus.*

I. *Modus parandi* triplex eſt. 1. *Paratur* ſuffitus in forma pulveris ex medicamentis odoratis pulveriſatis, carbonibus vivis injectis. 2. *Trochiſcorum*, quando iidem pulveres cum convenięte liquore, gummi, reſina, in paſtillos formantur. 3. *in forma* pyramidali parantur ex eadem materia, admiſtis carbonibus tiliæ, vel ſalicis, qui tempore uſus accenduntur.

II. *Uſus ſuffitus* varius eſt, vel ad cerebri confortationem, vel ob odoris ſuavitatem & voluptatem, vel ad catarrhos ſiſtendos, ad pulmones craſsâ materiâ repletos, ad ulcera pulmonum exſiccanda. Interdum etiam

ad uteri prolapſum ; ſuffocationem, menſes ſiſtendos & movendos , ad ani procidentiam parantur.

SECTIO VIGESIMA QVINTA

De medicamentis externis, quæ oculis & auribus immittuntur, vel ſuperficiei corporis adhibentur, in ſpecie, de oticis, collyriis, oleis, linimentis, unguentis, ceratis.

APHOR. I.

Otica. OTica ſunt medicamenta quæ auribus adhibentur, in quibus conſideratur forma & uſus:

I. *Forma* medicamentorum oticorum eſt vel corpulenta vel vaporoſa 1. *Corpulenta* rurſus ſicca (quando medicamenta in pulverem redacta auribus inflantur) vel humida, hujus formæ medicamenta vel primò in aurem inſtillantur; Ex.gr.Rec. olei violarum, nymphææ, an.unc. ß.M. inſtilletur ſæpius gutta una vel altera. Secundo linimenti forma adhibentur.Ex.gr.R. amygdalarum

rum amararum, pinguedinis gallinæ, aceti vini, an. unc. ß. fellis tauri drach. ij. caſtorei, hellebori albi an. ſcrup. j. Bulliant ad conſumptionem aceti. F. linimentum, cujus aliquid goſſypio exceptum auri imponatur. Tertiò ſacculo ſimplicia, convenientia incluſo, & decocta, auribus imponuntur. 2. *Vaporoſa* medicamenta vel in forma ſuffumigij exhibentur, quando fumus ex medicamentis idoneis per empotum auribus excipitur. Vel ſi vapor calidus decoctorum, & liquorum convenientium, per infundibulum auri immittitur.

II. *Ratione uſus* medicamenta otica ad dolores aurium ſedandos, & inflammationes, ulcera, ſibilum, tinnitum, & alia vitia.

Aphor. 2.

Collyria ſunt medicamenta, quæ externè oculis adhibentur, & ſunt vel corpulenta vel vaporoſa: *Collyria.*

I. *Collyria corpulenta* ſunt vel ſicca vel humida: 1. *ſicca* fiunt dum medicamenta minutiſſimè trita, in lapide porphyrite lævigantur & ſ. q. albuminis ovi, mucilaginiſvé alicujus excepta, in for-

